





Q. D. E. V.  
DISSERTATIO JURIDICA 242  
DE 18  
**PERJURIO**  
**VENIALI,** 1722,  
Vom begnadigten  
**M E M R E Y D /**  
Quam  
**PRÆSIDE**  
**VIRO NOBILISSIMO CONSULTISSIMO EXCELLENTISSIMO**  
**DN. SAMUELE FRIDERICO**  
**W S L E N B E N G /**  
J. U. D. Ejusdemq; ac Historiarum Professore Publ.  
& Athenæi Inspectore  
**FAUTORE, PRÆCEPTORE, & AFFINE**  
omni observantia ætatem colendo,  
**IN ILLUSTRI ATHENÆI PATRII**  
**ACROATERIO MAXIMO**  
**Die XII. Mens. Maii, A.O.R. MDCCXII.**  
Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit  
**FRIDERICUS REYGER.**  

---

**GEDANI, Typis JOH. ZACHARIAS STOLLII,**  
**SENATUS & ATHENÆI TYPOGRAPHI.**

Dissertatio Juridica  
245  
**PERIURIO**

REGI REGUM  
DOMINO DOMINANTUM  
*SALUTIS ac PACIS*  
*AUCTORI SUMMO*

**JURIS JURANDI,**

**PRÆSIDI ac TESTI**  
**UNICE ADORANDO**

**MUTORÆ, PRÆTORÆ, & ALIENÆ**

**S.**

**IN ITALIA TATNA**

**DIS. XII. NOV. MDCCXII. VOR. MDCCXII**

**FRIEDERICUS REYGER.**

**CODICIL. TATE. 10. 1. 17. 17. 18. 19. 20. 21.**

**SEPTENTRIONALIS ATHENIÆ TYPOGRAPHIA.**



*Q. D. B. V.*

## SECTIO PRIOR.

*De Juramenti Qualitate, eique contrario  
Perjurio, & quid Perjurium veniale.*

I.



Ctuum humanorum, quorum no- Hominis in-  
titiam habere interest, non omnium terna animi  
semper certa & indubitata fides appa- juramento  
ret, nec omnium eorum, qui in fu- confirmantur  
turum diriguntur, tam firma est con-  
stantia, ut non possint electi aliter &  
verti in detrimentum ejus, pro cuius  
commodo comparati videbantur. Sunt  
actus tales interni, qui ab animo ho-  
minis proficiscuntur, & vel ad præsentem rei statum perti-  
nent, vel præteritum aut futurum respiciunt, qui tametsi  
signis externis, ut ab alio cognosci possint, declarantur, in  
tanta tamen hominum malitia vid. c. 26. *X. de Jurejur.* qua  
multi ad fallendum proclives reperiuntur, vix tutam fidem  
semper faciunt, cum aliud animo agi, aliud verbis & signis  
externis significari possit. At cum tamen referat, & ejus  
A in pri-

245  
2 SECTIO PRIOR. DE JURAMENTI QUALITATE,

in primis interfit, cum quo negotium geritur, ut verbis quoq;  
animus respondeat, humanâ prudentia remedium positum  
est, mediante juramento rerum præsentium & præteriorum  
veritatem afferere, & fidem promissam in futurum firmare,  
atque ita in conspectu DEI negotium tractare, ut in ejus  
vindictam consentiantur, si veritas non asserta, aut jurans à  
promissis recedere ausus fuerit. Cum enim per DEum, qui  
summæ autoritatis & infallibilis veritatis testis est, id con-  
firmatur, quod à jurante dictum est, nemo tanta impietate  
futurus præsumitur, ut menti contraria asserturus, & hujus  
sue falsitatis justissimum ac potentissimum vindicem in sui  
exitium excitatur sit.

*Non tamen à  
juramento fi-  
des viri de-  
pendet. Et  
veritatem  
absque jura-  
mento dici  
potest.*

II. Igitur quia per aliquid certius & majoris autoritatis,  
quam homo jurans est, fit confirmatio ejus, quod juraverat,  
juxta Hebre. VI. 16. veritatis & fidei præsumtio nascitur. Ca-  
terum inspecta penitus rei qualitate, cum juramentum aëtus  
sit per se ad bonum generandum inidoneus, nisi dirigatur in-  
tentione hominis, fides viri non à juramento, sed potius fi-  
des juramenti ex fide viri aestimanda erit. Quod si enim vir  
sit de vera Numinis cognitione, ejusque timore & reveren-  
tia conspicuus, etiam verbis ejus simplicibus fidem inesse,  
veritatemque ipsum assertuisse præsumendum erit; si vero  
homo levis sit, qui DEum non veretur, nedum erga homi-  
nes ullo candore repertus, ec quid aliud de eo sperari pote-  
rit, quam quod etiam juramento fefellerit, cum sint adeo  
faciles nonnulli homines, ut intrepidi quæcunq; altaria tan-  
gant, & ad jurandum contemptu religionis accedant L. 8.  
pr. ff. de Condit. inst. Juvenal. Satyr. 13. Id quod Chryso-  
stomus agnovit quando homil. 7. ad Populum Antiochen  
hæc profert: *Hominem fide dignum non facit juramentum,  
sed vita testimonium, & conversionis integritas.* Ex quibus faci-  
lis est conclusio, non per juramentum, sed etiam sine eo  
veri-

veritatem haberi posse, quandoquidem ad eam dicendam homo accedit, qui omnipræsentiam DEI intuens à falso sibi caver & fallendi neficiis vita sua integritatem hæc tenus multis exemplis probavit; econtrario tam juratam quam injuriam lingvam mentiendo fallere posse, si hominis sit ad decipiendum compositi. Quod ex verbis c. 12. C. 22. qv. 5. colligimus, ubi ita Pontifex: *Juramenti hac causa est, quia omnis qui jurat, ad hoc jurat, ut quod verum est eloquatur.* Et ideo Dominus inter juramentum & loquaciam nostram nullam vult esse distantiam, quia scit in juramento nullam convenit esse perfidiam; ita quoq; in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrumq; & perjurium & mendacium divini judicij pena damnatur, dicente scriptura: *Os quod mentitur occidit animam (Sap. I. 11.) Quisquis ergo verum loquitur, jurat, quia scriptum est: Testis fidelis non mentitur (Prov. XIV. 5.)*

III. Interim cum post deplorandum Protoplasmorum statum adeò effraenis sit hominum temeritas, ut fallere non timant, si modo aliquam dampnum vitandi vel lucrum captandi occasionem habeant simul tamen an id fiat ex internis pectoris penetralibus cognosci non possit; cum quoq; ex adverso hominibus expediatur, ut de rebus inter ipsos agitatis habeant quandam certitudinem, sine qua nulla est inter eos fides & justitia, quæ humanæ societatis firmissima vincula sunt, necesse fuit juramento vulnerata mortalium fidei occurrere, & ad DEI testimonium provocare, qui nec falli nec fallere potest. Hoc ipso enim ad exactissimam observantiam ejus quod juratum est homo jurans adstringitur, qui sibi alias gravissima pericula impendere ex pothabito juramento intelligit. Deus enim offenditur & in pejerantem ad ultionem commovetur, religio contemnitur, anima in grande tentationum periculum deducitur, & tortura spirituali subjicitur, pudor laeditur, existimatio diminuitur, & res exemplo gra-

4 SECTIO PRIOR. DE JURAMENTI QUALITATE,

vis committitur. Mevius *Discuss. Levam. Inop. Debit* c. 9. n. 96.  
Hinc semper juramentum extremum & ultimum humanæ  
certitudinis vinculum æstimatum fuit, & teste Cicerone  
*3. Offic.* Gentiles: *nullum magis aut arctius ad adstringendam*  
*fidem eo esse voluerunt*, ipseque Apostolus *ad Hebr. VI. 16.* illud  
finem omnis contradictionis inter homines appellat. Certum  
igitur creditur, quod juramento confirmatum est, eatenus,  
ut in hac mortalium conditione nulla major fides humana  
esse possit, quam quæ juramento per invocationem Divini  
Numinis, quasi de cœlo attestata & confirmata est.

Non tamen  
promiscuè &  
leviter eo u-  
tendum.

IV. Cum vero hic simul cum DEO causa agitur, illud  
cautè tractandum est, ne in causis promiscuis adhibeatur, sed  
saltem in gravibus & raro velut condimentum non ut cibus,  
juxta præceptum DEI Cothman. *Vol. I. Ress. 82. n. 20. seqq.*  
Schilter. *in Praxi Jur. Rom. in Foro Germ. Exerc. 23. th. 7 C<sup>8</sup>.*  
Semel enim Christus Levitatem juramentorum graviter pro-  
hibuit, quando apud *Matth. V. 33. seqq.* expressis verbis lo-  
quitur: *Audi&is, quod dictum sit, non pejerabis, solvas vero*  
*domino juramenta tua. Ego vero dico vobis, non iure*tu*s*  
*omnino — — Esto vero sermo vester: ne ne, non non.* *Quod*  
*altra hec est, ex malo est Jacob. V. 12.* Deinde nomen DEI  
sanctissimum non in vanum assumendum est, seu per nomen  
DEI in causa qualibet & sine consideratione personæ jurare  
sub cominatione certissimæ poenæ Divina veritas prohibet.  
*Exod. XX. 7. Deut. V. 11.* Hoc vero negativum præceptum ut  
omnes omnino homines obligat, ita & semper & ad semper,  
ut Iehola communis docet, & tam in exactione quam  
præstatione juramentum sui observantiam postulat. Ex quibus  
commotus Pontifex in *c. 26. X. de Jurejur.* per legis formam  
fancivit: *Ad juramentum non debet quenquam spontanea vo-  
luntas inducere, sed necesitas trahere importuna.* Et Augu-  
stinus *Sermon. 28. de verb.* Apo&st. apposite loquitur: *Juro: sed*  
*quan-*

*quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cum video non mihi credi, nisi faciam, & ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit.*

V. Ad id vero quod juratum est, in conscientia jurantis tanta obligatio oritur, ut securus esse nequeat, nisi verum *jus obligatio*? faciat, quod tale vel in praesens esse dixerat, vel in futurum spoponderat, & quoq; in foro humano juris necessitate adstringitur, ut conditioni delationis omnino pareat. Etsi quidem, quod ab aliis jam satis rationibus & multis autoritatibus evictum est vid. Ant. Gabriel. *Commun. Conclus. lib. 2. tit. de Ju-  
rejur. Conclus. 10.* & nos hoc loco supponimus, *jusjurandum* per se non novam aut peculiarem obligationem pariat, sed obligationis jam facta naturam sequatur, eamq; velut vinculum aliquod accessorium corroboret, cum jurando semper jam aliquid supponimus, quo non praestito in nos divinam poenam provocamus; tamen propter interpositam *Dei* invocacionem, quem nemo astu decipere aut ei impunè illudere potest, conscientia præcium vinculum injicit, & operatur, ut non solum atrocior poena eum maneat qui juratain, quam qui injuratam fidem sefellit, sed & ut à negotiis, quibus juramentum adjicitur, omnis dolus & cavillatio exclusa sit. Quod enim *Deo* & homini *jus* quoddam exinde acquiri contenditur, id sine fundamento dicitur. Nam *Deo* cui ut testi nihil promissum est, nihil quoque peculiare acquiri potest, & illa obligatio, qua Numini ad obsequendum in omnibus obligati sumus, est plane diversa ab ea, qua nos alteri obstringimus ad aliquid praestandum ex promissi lege. Nec homo ex juramento peculiare *jus* consequitur, quia promissum adesse jam debet, cuius vinculum per *jusjurandum* tantum efficacius redditur. Hinc sua sponte sequitur, actus, quibus adhæret vitium, obligationi producenda contrarium, obligatorios non fieri, jurejurando licet interposito. Et promissa ac pacta, licet

A 3

jura

245

## 6 SECTIO PRIOR. DE JURAMENTI QUALITATE,

juramento firmata, non obligatoria esse, quæ dolo vel errore elicita.

Eam trans-  
grediens per-  
jurium com-  
mittit.

VII. Qui igitur jam memoratam obligationem transgreditur, & vel malitiosè ac dolo malo promissum non excutitur, vel falsum juramento asserit, plenis passibus ad perjurium procurrit, quod ab aliquibus: *Mendacium jurejurando firmatum* dicitur, ab aliis: *Professum absq; fide aut veritate cum provocatione ad Tribunal DEI*, & quod in nuda pollicitatione non servata est mendacium, id accedente juramento perjurium rectè dicitur. Hujus Dd. tria notant genera  
1. cum quis jurat vera esse, quæ probè falsa esse noverat, alterius fallendi causa 2. cum quis juramento aliquid promittit, de quo tamen præstanto nunquam cogitat, sed potius fallere secum statuit 3. cum quis jurat ea quæ honesta sunt & licita, & de præstanto cogitat etiam dum jurat, deinde tamen ea nunquam præstat *Baldwin de Casib. Conf. lib. 2. cap. 9. cas. 15.*

Quod tam  
in deferente  
quam pre-  
stante grave  
peccatum  
ponit.

VIII. Jam vero audiamus quoq; , quanto peccato ex perjurio se implicet, tam ille qui juramentum invercundè præstítit, quam qui incaute & imprudenter detulit. Hic homicidâ pejor habetur, Augustino ita sentiente, cuius sententia in Jus Canonicum translata & c. 5. C. 22. qu. 5. his verbis legitur: *Ille qui hominem provocat ad jurationem, & scit eum falsum juraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occisorus est, ille animam, imo duas animas, & ejus quem jurare provocavit, & suam.* Eodem porro hanc sententiam prosequente, in c. 6. C. 22. qu. 5. hæc habentur: *Qui exigit jurationem multum interest, si nescit illum falsum juraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, jura mihi ut fides ei fiat, non est peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, novit fecisse, & cogit jurare, homicida est, ille enim suo se perjurio perimit, sed iste manum interficiens & im-*

& impressi & pressi. Vid. Covarruv. Relect. Prima Part. §. 7.  
n. 1. Ille in Deum nocens sit, cuius nomen in testimonium falso adduxerat, & proximum suum laedit, in cuius perniciem contrarium molitur. Inde suum peccatum, tanto gravius redditur, quanto liquidius juranti officium suum constabat, quod consulto migrare præfractam animi malitiam involvit.

Luca XII. 47. seq.

VIII. Exinde contra se pejerans graves exsuscitat poenas. Et contra pe-  
Nam DEus ulti perjurii sui existit, & ita saepe vindicat jeranicejus,  
illud, ut in posteris poena nondum reperiatur deleta. Qua posteros DEI  
de re Plato de Legib. lib. II. p. 917. DEus illum odio persequi-  
tur, qui sacrosancta Divini Numinis autoritate neglecta falsum  
juramentum dicit. Et de posteris Claudio:

In prolem dilata ruunt perjuria Patriis  
Et panam merito filius ore luit &c.  
Et quas fallaciis collegit lingua Parentis  
Hac eadem nati lingua refudit opes.

Hinc Anania & Saphira exemplum ex Sacris constat, quos,  
ob spem emendationis deficientem, perjurium supremo sup-  
plicio expiasse legitur Acto V. Zachar. V. 4. Alia hujus rei  
memoranda exempla vid. ap Beust. Orat de Leg. & Ord.  
Polit. Dignit. Ziegl. in Theatro Tempor. ad 16. Octobr. N. 2.

IX. Nec quoad forum humanum tam Jure Canonico, Ac quoq; in  
quam Jure Civili Romano inultum perjurium relinquitur, foro humano  
Illud à scientie commissum septem annorum poenitentiâ pro punitur.

tranquillanda conscientia c. 18. C. 6. qv. i. & perjurum ex-  
communicatione ac poena infamiae plecit c. fin. C. 22. qv. i.

c. 17. C. 6. qv. i. Hoc jurisjurandi contemtam religionem  
Deo ulti committit. L. 2. C. de Rob. Cred & Jurej. Quare  
quibusdam perivasum est quasi hoc jure nulla temporalis poena  
contra perjuros statuta, cum perjurii cognitio obscura, quæ  
hominem facile fallit, in Deum vero inprimis contemtus  
reli-

8 SECTIO PRIOR. DE JURAMENTI QUALITATE,

religionis redundet, ut ei soli quoque ejus vindicta relinquenda sit. Carpz. in Pr. Crim. P. I. qv. 46. n. 22. seqq. Theodoric. in Judic. Crim. cap. 5. apb. 8. n. 16. Sed tamen non aliter his assentiendum est, quam si soli Deo pejeratum sit & de perjurio hominibus non constet. Quod si enim hujus delinquens convictus, certum est, hoc delictum etiam jure civili puniri, & quidem pro gravitate causæ vel temporali exilio L. ult. ff. Stellionat. vel fustium castigatione L. 13. §. ult. ff. de Jurej. L. 21. & 22. ff. de dolo malo vel infamia, ac simul perjurus actione instituta privatur, idemque reddere jubetur, quicquid ad eum ex perjurio pervenit. L. 41. C. de Transact. L. 17. C. de Dignit. lib. 12. Vid. Benekendorff ad Seraphin. de Seraphin. de Privileg. jurament. Privil. ult. n. 90. seqq. Jure Carolino abscissio digitorum, quibus erectis perjurium commissum, pro pena constituta est art. 107. seq. Conf. Crim. Carol. quam tamen non ad omne perjurium pertinere, monent Dd. sed saltem ad duos ibi propositos casus, quando (1) relegatus Urphedam fregit seu cautionem juratam de non redeundo ante tempus relegationi præfinitum, & de non ulciscendo carceris injuriam, quam incarcerated passus, (2) quando quis in judicio pejeravit, solennibus verbis juramento à judicé delato, ob certum lucrum captandum. Præter digitorum vero amputationem, pecuniam quoque & quicquid ex suo delicto perjurus lucratus est, restituere cogitur, & simul ille ab omni honore ac dignitate excluditur. Clasen ad d. art. 107. Hartmann. Pistor. Obser. 150. Carpz. d. l. qv. 47. Qui suo perjurio alteri capitis periculum concitat, in illum eadem poena dictatur, quam innocens ex ejus perjurio passus est. d. art. 107.

*Quid sibi hic  
velit Perju-  
tia necessitatem obliget, cumque perjurium tam grande scelus  
rium veniale sit, quod Deum & hominem ultores habet, quid gratiæ aut  
veniæ*

veniae perjurium sibi polliceri poterit, aut quid erit istud, quod hic perjurium veniale appellamus? an fortè cum Pontificiis pro peccatillo aestimabimus, quod ob suam levitatem gratiam DEI non tollit, animaque veniam promptius promittit? Busenbaum in *Medull. Theol. moral. lib. 5. cap. 2. dub. 1.* an vero ad tegendam & sanandam malam causam juramentum esse cum Laberio contendemus? de cuius petulantia apud Gellium *lib. 16. Noct. Attic. in f.* his verbis legitur?

*Quid est Jusjurandum & Emplastrum eris alieni*  
aut an audaciū eo planē procedemus, ut ad extenuandam perjurii gravitatem argumenta nectamus, quibus tantam turpitudinem rei non inexcusabilem persuadeamus, omnibusq; impunē fallendi fenestram aperiamus? sed minimē his ludente convenient, minimeq; in animo nobis est, vitia pro virtute aut scelerā pro jure vendere, verum quā venia perjurium commissum vel apud Deum vel in foro hominum excusatū reddi possit, legibus & rationibus ostendere, vid infr.

§. 32.

XI. Concesseris facile dari furtum veniale, quando vitæ *ut sunt alia* conservanda aliud subsidium deficit, & extrema necessitate delicta veni fatigatus aliquid de bonis alterius contrectat. Anton. Matth. *alia ira & de Crimin. lib. 47. Tit. 1. cap. 1. n. 7.* Concesseris homicidium perjurium veniale, quod vel ex culpa vel casu fortuito aut ad sui defensionem commissum, quod tametq; non semper veniam ab omni poena meretur, ab ordinaria tamen gladii pena semper excusationem habet *L. 4. §. 1. L. 7. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. L. 1. C. cod. L. 4. §. 45. ff. ad L. Aquil. L. 1. C. Unde vi artic. 146. Conf. Crim.* Sic non negaveris adulterium veniale, si concubens cum alterius uxore nesciat eam esse conjugatam, illamque pro foemina soluta habeat & cognoscat; item si quis per errorem cognoverit non suam, aut si

B

quæ

10 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

quæ per errorem substraverit se non suo. Anton. Matth. Lib. 48. Tit. 3. c. 2. n. 5. & 6. Carpz. Pr. Crim. P. 2. q. 61. n. 42. seqq. nec non si quis animo adulterandi suam uxorem cognoscat, quale ad ulterium à Waldemaro III. Rege Daniæ commisum, qui Hedwigem conjugem pudicitiae suspectam Seburgi in custodiam deferre iusterat, & post aliquot tempus, cum ex venatione quietis capienda eo loci moraretur, astu nutricis nocte clam ad se adductam cognovit, ex cuius congressu Margaretha concepta, quæ post patrem solium regium occupavit Joh. Isaac Pontan. Lib. 8. Rer. Danic. p. 481. Quid ergo dubitaveris perjurium quoq; veniale dari posse, cum non minores sint rationes, quæ illi levando inserviunt, quam quæ prioribus delictis. Ejus, ne moræ impatiens sis, en statim sistimus exemplum: Si honoris prærogativam alteri deferens juret, se non exiturum domo, non discubiturum ad mensam, non bibiturum, nisi ille alter præverit, prior discubuerit, aut præbiberit. Vel si uterque contendentium idem juret, postea tamen contrafaciat, qui ita juravit, is procul dubio perjurium committeret, & tamen veniale erit, sive venia ei indulgenda sit ex cessione juris, quod alteri ex juramento quæsumum erat, sive quod juramentum tacitam conditionem habeat: si tibi placuerit, vel si rem meo arbitrio permiseris, sive ex alia causa, de qua vid. Azor. Part. I. Inst. moral. lib. 11. c. 4. p. 1064. C. Robert. Sanderson de Juram. Obligat. Praelect. 6. §. 10.

Perjurium  
nobis hic o-  
mne, quod  
falso jurar-  
tum, deno-  
tata.

XII. Ut ad rem proprius accedamus, Perjurii nomen à nobis hic in latiori significatione considerabitur, non in illo stricto sensu, quo communiter apud Dd. pro dolosa fallendi oratione sub attestatione Divina accipitur, & omne id, quod falso ab aliquo juratum fuit, & in quo, citra dolum tamen, à veritate aberratum est, nobis perjurium erit. Hujus vero matrem omnem imprudentiam, culpam vel animi impe-

impetum constituimus. Etenim illis non tantum ad sequiora trahimur, sed & ita inducimur, ut delinquere intelligamur. L. 9. & 11. ff. de incend. ruin. naufr. L. 3. §. 1. ff. de Offic. Prefect. vigil. L. 2. in f. ff. de Terminali moto. L. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar. L. 16. §. 8. L. 38. §. 5. ff. de Pæn. cum quæ facit ejusmodi affectu abreptus, propius ad voluntaria accedant, quia principium actionis in agente est, neque is penitus ignorat actionis suæ circumstantias, aut si ignorat, ignorantia illa plerunque accessita vel affectata appareat. Et hoc sensu id, quod ita falso juratum est, nomen perjurii induere, pri- dem à viris doctis agnitus fuit. Ita enim apud Setiferum de Juram. lib. 1. c. 18. n. 9. seg. legitur: *Dicitur autem ju- ramentum, quod hoc comite (Judicio) caret à D. Hieronymo perjurium, non ex eo, quod verè perjurium crimen hinc pos- sit omnino deduci, sed quia sit hec incauta juratio. Etsi autem perjurium propriè ex dolo proficiatur, tamen hec incauta juratio, quodammodo etiam perjurium dici poterit, quia ju- rans exponit se periculo pejerandi ob incautam jurationem.* Hoc falsum etiam Perjurii nomen mereri, Azorius P. 1. In- flit. moral. lib. 11. c. 12. p. 1092. A sequentibus explicat: *Is au- tem, qui inconsultè & imprudenter jurando aliquid affirmat vel negat, perjurus habetur: quia se exponit periculo perjurii, hoc est, periculum incurrit, ne falsum jurejurando corroboretur.* Mibi videtur perjurium propriè esse mendacium, ut dixit Magister, jurejurando firmatum, & jusjurandum, cui deest judicium, propriè est jusjurandum temerarium & incersum & proinde quadam ratione perjurium, quatenus est conjunctum cum periculo perjurii, nam si inconsideratè quippiam jures, periculum est, ne falsum jurejurando confimes. Atque ita perjurium committi quoq; calculo suo approbat Balduin. supra citato loco vers. Ad perjuria.

12 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

*Et veniale*, XIII. Quanto vero magis hoc perjurium à dolo rece-  
quod *venia* dit, tanto evidenter est, id veniam mereri, & veniale dici  
*ac gratia di-* posse. Hoc enim sensu verbum *veniale* hic intellectum vo-  
lumus, ut denotet, quod legum rigori eximitur, & *venia*

ac *gratiā* dignum habetur, eodemq; apud Macrobius le-  
gitur lib. 7. *Saturn. c. ult.* Si *venialis* iſa erit *translatio* & apud  
Sulpitium lib. 2. *Omnis invidia effet in rege & ipso venialiſ.*  
Ac *venia* hæc alibi *Gratia* dicitur L. 32. ff. de *Jurej* L. ult. pr.  
ff. ad *municip.* Permissio vel Remissio L. 6. §. 4. ff. de *Jure Pa-*  
*tronat.* item absolutio à juramenti vinculo c. 2. 7. & 15. X. de  
*Jurejur.* beneficium *absolutionis* c. 3. X. d. t. Dispensatio  
& Relaxatio. Tametsi vero *venialis* juramenti species in  
civitatem introducta nondum dici possit, tamen peregrina  
propterea non est, cum in rerum argumentis contineatur,  
& à nobis ei nomen tantum impositum sit. Hinc quod in aliis  
rebus fas est illarum discrimina inventis vocabulis significare,  
ut distingvimus modos acquirendi in *Originarios* & *Deriva-*  
*tivos*, *Usumfructum* in *Formalem* & *Causalem*, *Dominium*  
in *Directum* & *Utile* &c. quid verat illud dolosum *Perjurium*  
quod sua *pena plectendum Existiale*, hoc vero quod dolo vacat  
*Veniale* dicere.

*Venia illa* XIV. Istam *veniam* perjurus unde impetrabit, definire  
imperatur  
à Deo &  
Principe, non  
à se ipso.  
non adeo difficile, quandoquidem certum est, superiorem  
eam tantum dare posse, utpote cui jus erat perjurum pu-  
niendi. Superior ille vel omnium Principum Summus, seu  
Deus est, vel qui in his terris vicariatum ejus gerit, ut Rex  
vel alius Princeps. A Deo perjurus noster toties sibi *veniam*  
promittere potest, quoties animus ejus à dolo magis & culpa  
alienus fuit, quoties itidem certum est ex non servato suo  
juramento alium non lədi, aut juramentum servatum alias  
cedere in detrimentum publicum vel propriæ salutis dispen-  
dimus. Sed cum in omnibus casibus non semper adeo purus  
ani-

animus in jurante esse possit, quem non quodam inabecilitatis affectu motum esse ipse deprehenderet, etiamsi certus sit, si juramentum non servaverit, Deum suam gratiam imperitum, nihilominus ad tranquillandam conscientiam expedit, ut concurrentem illum affectum devotè apud Deum expiet, ac humiliatione eundem deprecetur. Princeps in his terris veniam perjuro indulget ex causis, quas jus & aquitas probat, de quibus in sequentibus hac sectione pluribus solliciti erimus. At se ipsum ab obligatione jurata nemo absolvere potest, nam vetat id amor sui, qui plurimum impedit, ut quis in propria cœnâ veritatem dignoscat. Et licet in juramento, quod manifestè repugnat justitia, aut majoris boni impedimentum est, quibusdam visum sit, sibi quem veniam dicere & ab ejus observantia recedere posse, cum istud non capax sit obligationis, sed peccatum nutriat, & impia missio adhuc scelere adimpleretur *c. 5. C. 22. qv. 4.* Reginald. *Prax. forens. Pæn. L. 18. c. 4. n. 40. p. 529.* Lessius de *Jus. & Jure lib. 2. cap. 17. Dubit. 7.* tutius tamen est, ut quis judici parlam faciat, cur salva conscientia promissa præstare non possit, quo ita omnem omissæ satisfactionis scrupulum à conscientia sua moveat ab *Einsiedel Tr. de Regal. c. 21. n. 256.* Mev. levam *Inop. deb. cap. 9. n. 120.*

XV. Sudant Romanæ Ecclesiæ addicti, ut potestatem *Seculari po-*  
*dandi veniam à juramento suo Pontifici aut solis Episcopis testati hic*  
*vindicent, qui ad vinculum spirituale solvendum, quale ex*  
*juramento ponunt, nullam civilem potestatem admittunt,*  
*nec ei convenire, ut sese spiritualibus immisceant, statuunt*  
*c. 2. C. 15. qv. 6. c. fin. de Foro comp. in 6.* Paul Laymann.  
*Theol. Moral. lib. 4. Tract. 3. cap. 11.* Verum cum Jurisdicitionem Ecclesiasticam nemo jure secularibus Principibus evicerit, vigore illius rectius illi quoque in suo territorio dispensant de juramenti vinculo Ziegler. *de Jurib. Majest. lib. 1. c. 21. §. 3.*

14 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

Carpzov. de Regal. cap. 2. regal. 9. & in Jurisprud. Eccles. lib. 3.

*Quæ quod ist. i. Def. 2. n. 21. seqq.* Hanc autem veniae concessionem, quam alii Relaxationem à juramento vocant, firmo jure nitit, exinde probari potest, quod omnes inferiorum jura & actiones, adeoq; etiam juramenta Superioris directioni & imperio subjacent, qui ea circumscribere & vinculum eorum

ob publicam & subditorum privatam salutem attemperare potest, atq; hoc efficere, ut transgressoribus venia sit contra juramentum suum L. ult. pr. ff. ad Municip. L. 6. S. 4. ff. de jure Patronas. c. 1. 2. 8. X. de Jurej. c. 13. X. de Judic. Quā veniā concessa non, ut putant quidam, sequitur, simul tolli vinculum, quo Deo jurans obligatus erat, & DEI honorem violari, qui illustrabatur, dum jurans sanctissimum Numen in testimonium vocaverat. Præterquam enim, quod non omnium juramentorum observantia promiscue Deo placeat, exemplo Davidis, qui Deo templum ædificare juraverat, & tamen per Nathanem ejus postea displicentiam super suo juramento experiebatur 2. Sam. 7. 1. Paralip. 18. supra evi-  
dētum quoq; fuit, in juramento homini praestito Deo nullam obligationem acquiri. Quando igitur superior ob publicam salutem vel aliam justam causam illam obligationem, quā jurans per juramentum suum obstrictus erat alteri, admittit, nihil contra honorem DEI, nihilq; contra ejus voluntatem suscipit, sed hanc potius exequitur, & id facere intelligitur, ut quis contra juramentum tutus esse queat in conscientia sua Müller ad Servv. S. J. Civ. Ex. 17. th. 77. lit. a. Huber. Praecl. ad ff. tit. de Jurej. §. 5.

XVI. Dupliciter vero perjuris venia dari potest, vel in antecessum, quando lege publica statuitur, ne juramentum contractui vel promissioni adjectum valeat aut obliget, vel postea quando jam juratum est, ut inducta vis tollatur & pro nulla declaretur. Lessius de Just. & Jure lib. 2. cap. 42. Dub. 13.

*Deb. 12. n. 55. B. Dn. Stryk. in Uso Mod. ff. tit. de jurejur. §. 20.*  
*in f.* Nullum enim dubium posse Principem civium actionibus certam regulam praescribere, ut ad hanc & non aliam omnes illae componantur. Hinc si jubeat ille, ne juramentum in uno vel altero casu effectum suum proferat, nec inferiori jus aliquod exinde obvenire potest. Qui tamen gravi peccato se implicaret, si fiducia veniae ad juramentum temere procederet, eoque in damnum proximi contra superioris interdictum uti vellet. Pufend. de Jure Nat. & Gent. lib. 4. c. 2.  
*§. 24.*

XVII. Omnis ista **venia** in remissione pena & restitu-  
 tione gratiae **consistit**. Et quidem quia ob transgressionem  
 juramenti legum amiseramus gratiam & earum statutam pa-  
 nam in nos provocaveramus, indulta venia illam recipimus  
 & ab hac solvenda liberati sumus. Itaq; cui dictat sua con-  
 scientia, quod nihil temere juraverit, nihil jurando com-  
 miserit, quo DEI honorem aut proximi salutem offenderet,  
 sed quod errore, simplicitate aut alio gravi affectu commo-  
 tus quid statuerit, quod implere, damnosum, impossibile  
 aut injuriosum postea deprehenditur, is apud Deum reconcilia-  
 tus erit, nec in se aut suos posteros tremendum ejus judicium  
 expectandum habebit. Paul. Laymann. d. l. cap. 14. num. 3.  
 In foro soli in genere haec **venia** perjuro nostro erit, quod  
 nunquam ad ordinariam penam condemnari possit, quam  
 alias ad perjurium coercendum Leges statuerant. Non enim  
 Perjurium dolosum hic puniendum venit, sed quod culpa  
 aut alia animi imbecillitate commissum est. Constanter vero  
 regula juris hic quoq; obtinet: in pena mortis aut corporis ini-  
 fligenda nunquam culpam, nedum animi imbecillitatem, dol  
 comparari, qui semper adesse debet, ut illi poenae locus sit.  
*L. 7. ff. ad L. Corn. de siccari. L. 23. §. 2. ff. de Ædilit. Edit. L. 26.*  
*Pr. ff. de Jurejur.* Hinc ob cessantem dolum adeo **venia**  
dignum

dignum perjurium existimant Dd. ut & quælibet causa, etiam injusta & bestialis, ut loquuntur, ad poenæ excusationem faciat, nam perjurium, falsum, injuria aut simile delictum de genere illorum delictorum est, in quibus dolus de substantia requiritur Setser. *de juram. lib. 1. c. 27. n. 8.* Carpzov. *in Praxi Crim. P. 1. qv. 47. n. 47.* Non tamen propterea ab omni poena excusatum volumus perjurium veniale, sed quia per illud falsum revera committitur, & hoc non semper sine culpa est, quæ meliori industria adhibita declinari poterat, judicis arbitrio committendum erit, quid sibi de eo justum videatur. In primis à culpæ gravitate, erroris, facili aut difficulti lapsu, gradu imbecillitatis ac simili circumstantia mensurabit poenam. Si vero perjurus in nullo horum reus sit, etiam ab omni poena eum liberare convenit. Benekendorff. *ad Seraphin de Seraph. Privil. 174. n. 42. seq. Gail. 1. O. 100. n. 7.*

*Contra qua perjuria veniam dari possunt à Princeps* XVIII. Sed jam in ordine sumus, ut doceamus, id quod juratum est, quando sit in potestate Superioris veniam dare, ne verum efficiatur. Nunquam dissolvi potest sancte jurata fides, quæ in solius DEI honorem præstata est, nam ex illa in solius Numinis jure jurans ponitur, cuius vinculum turbare in nullam humanam potestatem cadit, & ejusmodi juramentum propè ad votum accedit, quod si à tali præstitum, qui sece obligare potest, usque eo vincit, donec Deo datum sit. *Psalm. L. 14. Eccles. V. 2. c. 9. C. 27. qv. 1. Brunnem. in J. Eccles. lib. 3. c. 5. §. 11. Frantz. lib. 2. Resol. 5. num. 60.* Nec jurisjurandi vinculum, quod ex omni parte perfectum est, & præstitum super re quæ à jurantis arbitrio dependet, ulla venia tolli potest, ne quam una ratione obligationem induximus, alia eandem iterum dissipemus Capyc. *Decis. Neapol. 158. n. 27. Zoel. ad ff. tit. de Jurejur. n. 88.* In illis vero juramentis ob non servatam fidem veniam dandi potestas se exserit, quæ subsunt superioris arbitrio, & quorum vim tam

tam destruere potest ex persona jurantis, quam ex persona ejus, cui ex juramento jus quæsitum erat, ut nihil ipsi, vel ex ratione poenæ, vel ob publicam utilitatem vi dominii eminentis, accipere liceat Mev. c. l. n. 120 seqq. Pufend. d. §. 24.

XIX. Tali juramento advertit perjuriis saepe veniam dandam esse, causæ variae postulant, ad quarum examen jam instituti ratione ducimur. In genere **venia** locus sit, si comites deficiant, quæ ad omne juramentum necessarii sunt, & quibus quasi ornamenti suis vestitum esse debet. Comitum illorum tres in Jure Canonico numerantur, Veritas, **Judicium** & **Justitia**. c. 26. X de **Forajur.** c. 2. C. 22. qv. 2. **Veritas** velut medulla & substantia requiritur, ut à jurante negotii qualitas clare exprimatur & ita cum mente vocis concordia sit, sine fucata arte, qua alter decipi potest. Cum enim juramenti finis sit, confirmari dictum, extingveretur ille, si Veritas non esset juramenti comes. **Judicium** jurantis capacitatem & habilitatem significat, & requirit ne leviter ad jurandum profiliat, sed ut maturo judicio & cum deliberatione juret. **Justitia** in Objecto desideratur, ut licitum & honestum sit, quod juratur, seu verbo DEI & bonis moribus conveniens. Non enim juramentum obligat, quod contra bonos mores est, c. 28. de R. J. in 6. illudq; nec vinculum iniquitatis esse debet. c. 18. C. 22. qv. 4. Martini **Comment.** **Forensi.** Tit. 18. §. 1. n. 82. seqq.

XX. Verum hunc defectum non ab animi interno proposito derivare possumus, quo ipse jurans efficit, ne in juramento suo sint veritas, judicium & justitia, ejusmodi enim proposito dolosum perjurium committitur, quod ad nostrum examen non pertinet, sed ille aliundè accersendus erit, & quidem ex causis, ab extrinseco quodam accedentibus, quæ sufficientes putantur, ad istos comites in jurante impediendos. Ex illis primam constituimus **nimirum** & **frequentem**

*Causa dandi  
veniam est  
defectus co-  
mitum qui  
in juramen-  
to adesse de-  
bet.*

*Et quidem sa-  
eos impediens  
in jurante  
aliquid ex-  
trinsecum,  
ut est, fre-  
quentiorum  
delatio, quæ  
hic improba-  
tur.*

C

**jura-**  
**sur.**

*juramentorum declarationem*, quando nihil ad finiendam controversiam facilius esse putatur, quam juramentum. Experiencia testis est, tam confundi probationum ordinem, ut juramenta, quæ postremum & subsidiarium medium probandi esse debebant c. 2. X. de Probat. primo loco adhibeantur. Illis extra necessitatem in causis saepe levissimis locum faciunt, & magistratus, ut indaganda veritatis molestii supercedeat, aut de aliis mediis altius consultandi sibi negotium non faciat, ad quæ tamen accuranda officii sui necessitudine obligatus erat, nihil prius esse putat, quam fidem & veritatem à juramento petere, ita apud se statuens: id ad torquendam conscientiam expeditum medium esse, quod urget & stimulat homines, ut in mente recondita sine reservatione proferant, & prolata deinde vera faciant. Idem etiam sine personarum delectu, sine vita, sine fidei ac religionis circumspectione quemcunq; ad jurandum obligat, & maximè ubi ab omnibus ex civitate jurandum est, satis illi est, si modo quis digitos erigere & praeviuentem verbis in juramentum conceptis iisdem sequi possit, quo ipso toties contra leges & canones peccatur, qui neminem, qui de perjurio suspectus esse potest, ad juramentum admittunt;

*c. 5. 6. 12. C. 22. qv. 5. 6. 13. 54. & 56. X. de Test. & attest. c 3. X. de Cohabit. Cleric. L. 2. C. de Indict. viduis. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. Cent. 2. Cas. 192. Ames. de Conscient. lib. 4. qv. 12. n. 38.*

toties quoq; periculum causæ inducitur, quod jurare iussus in propria sua causa testimonium dicere debeat. Insuper negligitur, quod à Syracide cap. 23. v. 9. seqq. præscriptum est:

*Juramento ne conservicias os tuum, nec ad eam conservudinero nomen Sancti saepe adhibeas. Sicut enim Servus crebro vapulans, non caret vibicibus, ita qui jurat atq; assiduo nomen DEI usurpat, non facile culpa carebit. Vir erebro jurans replebitur scelere, neg. à domo ejus flagellum recesset. Quum impie quicquam commiserit, ipse culpam suam sustinebit, quam si non agnojet;*

can-

eandem conduplicaverit. Ac ne temerè quidem usus jurejurando, innocens judicabitur, nam domus ejus crebris incursionibus appetetur. Est sermo morte quasi quadam ueste involutus, absit ut in hereditib[us] Jacob inventatur. Sande à p[ro]is aberunt h[ab]ec omnia, qui in peccatis non involventur. Os tuum jurandi intemperantia ne affuefas, ex eo enim peccandi occasio existit. Sande ita perimportunè in innoxias subditorum conscientias dictatura exercetur.

**X XI.** Sed tanta levitate magistratus quid aliud apud *Cum in jure credulum vulgus efficitur, quam quod multi juramentorum rante parat gravitatem tanti non estimant, quanti debet fieri.* Illis in consideracione ex isto frequenti usu penitus persvasum est: ita mores velle r[ati]oniam *juri* & magistratum statuere, ut ad interrogata sub juramento *r[ati]onie* respondeant, ceterum nihil ultra valere attestacionem sub sancti Numinis invocatione. Qua opinione irretiti, illi deinde sine iudicio, sine veritatis & cause scrutinio facillimi jurant, ac ita dum harum non satis gnari erant, pejerant, vel ut Imperator in *L. 2. C. de Indiæ. viduit, loquitur, ex legis necessitate & coloraco sacramento perjurium committant.* His, si ita factum, ab ordinaria pena perjurii veniam tamen dare convenit, cum culpâ illorum, quibus parere habebant necesse deliquerint arg. *L. 37. pr. ff. ad L. Aquil.* & deferentes Autores perjurii censendi sint, quia qui non impedit, quod impedire debebat & poterat, ejus eventus causa est, qui inde sequitur *L. 60. ff. de R. 3.* Adducam huc salutare & notatu dignum monitum, quod Robertus Sanderson de *Monitum Juram Obligat. Praefcl. 7. §. 13. in f. magistratibus suppedicatur, ne facile & sine consilio ac necessitate inducant ad jurandum aliquem:* *Utinam, enim inquit, meminerint omnes, qui in magna potestate, conscientia, fama, nomini suo quam sedum & indeleibilem characterem inusserrit Jerobeamus filius Nebas, quod populum Israelicum pellecerit ad peccandum.*

325  
20 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

& quantopere gravem DEI iram in se provocent, qui potestate sua, quam Deus unicuique dedit ad constructionem & non ad ruinam, abutantur in perniciem aliorum.

*Impedit Comites jura-  
mentii vehe-  
mens animi  
affectus ut  
Furor, Amo-  
ris effus, Ira*

XXII. Post hanc causam vehementem animi affectum, ponimus, qui in jurante judicium intervertit, ne deliberato juret. Sed major esse nequit, quam *Furor* qui penitus intellectui obstat. Hinc si furiosus in conspectu inumbratæ quietis constitutus juraverit, & postea sanæ mentis compos jurisdictionum revocet, nihil erit quo noceatur ei, ut potius miseratione dignus sit, qui à suo furore punitur *L. 18. §. 1. ff. de A. P. L. 14. ff. de Offic. Praesid.* Furori proximus est, & quædam ejus species *Amoris effus*, qui saepe homines ad insaniam adigit, & ideo etiam perjurii levandis prodest, juxta vulgatum versiculum:

*Jupiter è celo perjuria ridet amantum.*

*Ira* quoque & *Excedensentia* brevis furor dicitur. Licet enim actus, qui animi judicio fiunt, ex eo etiam peracti videantur, si subito & nulla prævia deliberatione facti sunt, in jure ramen requiritur, ut certè & verâ scientiâ fiant *L. 76. ff. de R. J.* quam cum non habent vehementiore irâ accensi, ratum & validum quoq; esse nequit, quod hoc affectu egerint. *L. 48. ff. d. 1. L. 3. ff. de Divort. Barbola Thesaur. loc. comm. lib. 9. c. 116.*

*Ebrietas.*

XXIII. Est est *Ebrietas* quæ mentis exilium inducit, & ebrius dormienti similis habetur, qui vitam obdormire dicitur *c. A crupula 14. X. de vit. & honest. clerice. c. 6. Distinctio 35. c. 7. C. 15. quv. 1.* Quod igitur in magna ebrietate juratum est, & postea à sobrio improbatum, id erit, ut venia condonetur *Setser de juram. lib. 1. c. 6.* Nisi ratificatio post cessantem crupulam intervenerit, hæc enim, quia eo tempore interponitur, quo validè jurari potest, præcedens vitium excludit. Et ea quoq; à furioso facta valet *L. ult. ff. de Bon. Possess. Dec. Consil. 112. Hering. de Fidejuss. cap. 7. n. 121. seqq.*

XXIV.

XXIV. *Metus* quoque injustè illatus ob instans vel futurum vitæ aut corporis periculum animum perturbat, qui Varrone lib. 5. definiente dicitur: motus vel affectus animi, qui ab expectatione alicujus imminentis mali efficitur. In causa ille est, quod, qui metum passus est, humanitatem & auxilium mereatur L. 14. §. 5. L. ult. §. 1. ff. *Quod met. cauf.* nam ne improbus, qui cum intulit, ex sua malitia commodum reportet, succurritur ei, qui ejus malitiam pertulit. Modo tamen metus à parte patientis gravis sit, qui in constantem virum cadere potest L. 5. & 6. ff. d. t. & à parte inferentis injustus. Vanus enim, aut qui justè ex juris permissione infertur, in jure nullum effectum producit L. 7. §. fin. L. 21. pr. L. 22. ff. eod. Bachov. ad prim. part. ff. d. t. cap. 1. num. 4.

XXV. *Dolus* delictum est, quo quis inducitur, ut credat, rem ita se habere prout alter dixerat, quæ tamen postea aliter se habere deprehenditur. Is in decepto scientiam excludit, & ideo in eo nullam obligationem ponit, utope quæ sine consensu non contrahitur. L. Et eleganter 7. ff. de *Dolo malo*. Quod si igitur *dolus* in causa juramenti sit, juranti qui ab ejus vinculo discedit, venia non denegari poterit, nam ille semper à juramento exceptus intelligitur, adeo ut tacitam conditionem habeat: si dolus malus absuerit. c. 2. de *Part. in 6.*

XXVI. Ut in dolo decepto consensus deficit, ita & in errante. De hoc JCTorum regula invaluit: Errantem non consensum nec voluntatem habere, nec contractum aut juramentum *errore* copulatum subsistere, proinde negotium gestum erranti non obesse. L. 15. ff. de *Jurisd.* L. 4. §. ult. ff. *Si quis caut.* L. 16. §. 2. ff. de *R. J.* Quod Pontifex exemplo inquisiti declarat, qui juraverat respondere ad interrogata, quem tamen post confessionem adhuc audiendum putat,

22 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

si probare velit excusationes, quibus eam non perimere sed exponere satagit, c. 18. X. de Accusat. Glossa ad c. fin. verb. *juxta causam de Jurej, in 6.* Venit vero error ex varia causa, & saepe ex ambiguo legis aut pactorum sensu. Item, si verba juramenti capiose proposita fuerint, quibus conscientia, vita, libertati aut fortunae proximi laqueus injicitur.

*Simplicitas.*

XXVII. Veniam porro a perjurio meretur *Simplicitas*, sive quis praetendat se necivisse, quod haec juramenti necessitudo sit, sive quod praelecti juramenti verba non probè intellexerit, Carpzov. Pr. Crim. P. 1. qv. 47. num. 47. & 51. Simplicitas enim indicium imbecillioris animi est, cui leges sunt amicæ, cum dolum excludat, & non raro in jure nostro ob simplicitatem lapsis gratia donatur L. 7. ff. de Jurado. L. 2. §. ult. ff. de ius voc. L. 3. §. ult. ff. de Suspicio tut. L. 33. ff. de Re judic. Ut tamen vera & non simulata simplicitas fuerit, quæ machinando serpentis astutiam imitatur c. 5. §. Habeto C. 16. qv. 1. haec enim recte inspecta non nomen sui generis retinet, sed ipsa dolus est, & detecta reprehensionem judicis incurrit arg. L. 13. §. 14. ff. de Offic. Praesid.

*Mutatus status rerum vel personarum et sonarum statu muto.*

XXVIII. Quando status rerum vel personarum mutatus, ut juxta Prudentum judicium ejus eventum videatur jurans non voluisse comprehendere, audiendus est, si jurata revocet & nolit illis constringi, quia omnis promissio sub ea clausula censetur inita: rebus in eodem statu manentibus. Mutato nempe statu nova eveniunt, de quibus, utpote incognitis & incogitatis, nemo disponuisse presumitur, L. 33. ff. de Patz L. 5. 9. §. 1. & f. ff. de Transact. nec juramentum ad ea extenditur. c. 25. inf. X. de Elect. & electi posse. Hinc quod Tiberius Imperator Equiti Romano gratiam fecerit, qui juraverat se nunquam uxorem suam repudiaturum esse, ut ramen postea in stupro deprehensam dimitteret, id ita declaravit Imperator, quod juramentum ad istum casum non pertingeret;

tingeret, cum jurans non cogitare potuit de tam foedo uxoris criminis, multo minus se obligasse ad cohabitandum tunc adhuc, cum uxor mariti consortio sese indignam fecerat. Sveton. in Tiber. c. 38.

XXIX. Ob vitium materiae, si illicitum vel impossibile promissum fuit, iustitia à juramento tollitur, & ejus negligenti proinde nec poena perjurii metuitur. Igitur adversus ea, *niale Perjurium*, DEI & civitatis sunt, juratum pejus servatur, quam male juratum fuit, nam facere non possumus, quae lèdent pietatem, honestatem & gratiam DEI excludunt. *L. 15. ff. de Cedit. insit.* Quod David intelligens, juramento se interfectorum Nabal & ejus familiam parcere nolebat, ne implementatione promissi majus in iustitiae scelus incurreret. *I. Sam. XXV. 22.* Sed contra Herodes Tetrarcha impium Jusjurandum homicidio Johannis in gratiam Saltatricis iniquius ibat impletum. *Mattb. XIV. 7. add. Act. XXIII. 12. c. 18. C. 22. qv. 4.* In eo etiam quod vires humanas superat, juramentum infectum relinquitur, etiam si demum post illud promissum impossibile fiat, vel nimis onerosum reddatur ei, qui id implere debebat. Frustra namque exigitur, cui natura impedimento est, aut quod vires obligati superat. Modo hoc ultimo casu obligatus sumnum conatum adhibeat, ne quid sua culpa alter detrimenti capiat. *L. 31. & 185. ff. de R. J. Sanderson d. Tr. Praelect. 2. §. 12. & de Obligat. conscient. Praelect. 6. §. 6. seqq.* Si quid saltem jure positivo invalidum, quod tamen naturæ aut jure divino non veritum est, super eo præstatum juramentum Jus Canonicum servare statuit, quo ita disponitur, ut omne juramentum, quod non redundat in præjudicium tertii, nec vergit in æterna salutis dispendium, obliget. *c. 28. X. de Jurej. c. 2. de Paci. in 6.* Quo tamen in casu actus per se invalidi non validi redduntur, sed jurans solummodo religionis vinculo & conscientia ad promissa præstanta adstringitur Lauterb. *Tr. Synopt. de Juram. §. 1. n. 13. seqq.*

24 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE,

Non vero ex  
eius levitate.

XXX. Sunt qui etiam perjurium veniale ex levitate materiae estimant, commoti ratione, quod sicut violare juramentum ex causa honestante extra vitium ponitur, ita etiam ex causa parvitatis materiae, utroq; enim casu statim in principio juramentum non recta intentione emissum est, quod tamen debebat fieri Navarr. in *Manual.* c. 12, num. 10. & c. 13. num. 7. Verum cum illo casu materia objectum ipsius peccati sit, non hoc posteriori casu, materiae valor aut quantitas perjurium non excusat facit, nam satis, quod res exigua honesta & licita sit. Inde quanta irreverentia jurantis videretur, qui, quantum in se est, facere presumeret, DEum in causa sua testatum esse falsum Zof. ad X de Jurejur. n. 70. Balduin. de Cas. Consc. L. 2. c. 9. Cas. 11. Uffelmann. de jure quo homo hom. in serm. oblig. c. 8. §. 12.

Dat ei ve-  
niam remitt-  
ens sibi ju-  
ratum.

XXXI. Magnoperè vero levat perjurium remissio ejus, cui ex juramento jus quæsumum erat. Cum enim Deus hic saltem in testimonium vocatus est & ejus vindicta implorata, si jurans temere sefellerit, nihil decadet testi & vindici, quando voluntate ejus à jure quæsito receditur, qui illud exigere poterat. Hinc Germanorum illud: Die Hand welche den Eyd aussnimmt / kan ihn auch erlassen. Carpzov. P. 2. C. 36. Def. 6. Lessius de J. & J. lib. 2. c. 42. dub. 12. n. 56. seq. Azor. Insti. moral. Tom. I. lib. 11. c. 9. inf.

Definitio  
Perjurii  
veniale,  
& expli-  
catio.

XXXII. Quibus omnibus in summam collectis, de quibus hactenus prolixiores fuimus, nobis Perjurium veniale jam ita describere licebit, quod sit: TRANSGRESSIO JURAMENTI, OB JUSTAM CAUSAM SUPERIORIS VENIA DONANDA, NE NOCEAT. Satis patet ex his, non nobis in mentem venisse, antecedenter Perjurium ut veniale defendere, seu ut liceat sub certa spe veniae perjurium comittere, aut eo animo

animo illud extenuatum reddere, quasi nimii rigoris ejus esset pena, quam salva æquitate non possit superior exequi, nam ita jurare, DEO fore illudere, & aliud mente reservare, quam verbis dicere, quod probosum non tantum, sed & omni usui juramentorum contrarium esset. Amel. de *Conscient.* lib. 4. c. 22. §. 17. qv. 5. Imo esset in materia repugnancia, delicta lege permittente committenda statuere, cum, que delicta sunt, legis virtute vetantur L. 7. ff. de *Legib.* aut delicta esse nequeunt, quia quod fieri à lege concessum est, id factum, ut licitum agnoscit & approbari debet vid. Huber. P. 2.  
*Digress. lib. 1. c. 2. ¶ 7.* Verum Perjurium veniale hic loci consequenter tale dicere voluimus, seu cui commissio legis autoritate venia concedenda est, in sensu, ut opinamur, ap. posito, cum, quod venia dignatur, debuit ab initio poenam meruisse, ut venia deinde ei applicari possit. Et ad hunc sensum germanico quoq; idiomate Perjurium veniale non dubitavimus reddere: einen begnadigten Meyneyd.

XXIII. Restat ut verbo adhuc resolvamus argumenta, *Resolvuntur.*  
 quæ nobis obstare videntur. Ex communi Dd. sententia, *obstantia argu-*  
*menta.* ad omne Perjurium dolus requiritur Clasen, ad *Constit.* *gumenta.*  
*Crimin. Caroli V. art. 107.* Setser. de *Juram.* lib. 1. c. 27 n. 3. ¶ 8.  
 Lauterb. *Coll. Theor. Praet.* Tit. de *Jurej.* §. 23. seq. ita argu-  
 mentari posset: dum dolum in nostro perjurio excludimus,  
 nec perjurium dicendum, nec de venia concessione labo-  
 randum erit. Respondemus, id quidem procedere, si Per-  
 jurium in stricto sensu accipiatur, pro eo delicto, quod gra-  
 vem poenam in legibus habet determinatam. At etiam in  
 latiori sensu, perjurium omne prolatum contra veritatem  
 falsum dici posse, cum supra ostendimus §. 12. hic non obsta-  
 bit, licet in eo dolus non reperiatur. Deinde obstare vide-  
 tur:

26 SECTIO PRIOR, DE JURAMENTI QUALITATE, &c.

tur : omne quod ex simplicitate , errore , non tatis intellecta materia , aut alia simili causa falso sub invocatione DEI assertum , non juramentum esse , quia ad hoc judicium requiritur , quod in jurante deliberatum animum supponit , ut credit , negotium ita revera se habere , prout proposuit , multo nimis ejus contrarium perjurium dici posse . Seraphin de Seraphin . *Privil. juram.* 174. n. 6. Verum praterquam , quod Perjurium materiale ex his causis commissum , nemo negaverit , quia veritas non adducta , quæ materialiter adefessus debet , etiam Perjurium formale ita committi negari non poterit ; cum culpa , quâ lapsus jurans , qui non debita sollicitudine sibi certam scientiam comparaverat , eum omnino delicti arguat , quod quia in falso commissum , etiam Perjurii nomen haut difficuler recipit B. Dn. Stryk. *de Jure Sens. Dissert.* 10. c. 3. n. 4. segg. Interim quia malitia & atrocitate à perjurio doloso distinctum est , veniale id eo facilius redditur , & si non semper ab omni poena , ab ordinaria tamen excusandum venit . Adhuc contra nos hoc argumentum urgeri posse videtur : absolutionem à juramento saltem re integra concedi , non veniam dari contra commissum perjurium . Müller . *ad Struv. Exerc.* 17. tb. 79. n. 8. *Ginsiedel de Regal.* c. 2. n 2. 54. ergo perjurium veniale , quod tale fieret postquam commissum , statui non posse . Respondemus : in eo generali sensu , quo omne falso juratum pro perjurio à nobis accipitur , toties perjurium commissum erit , quoties veritas non asserta , aut quoties non servatum , quod juramento promisum erat . Cum tamen ob causas adductas ad ordinariam poenam procedi non possit , erit perjurium istud , quod veniale dici poterit .

SECTIO

## SECTIO POSTERIOR, Exhibens quasdam Perjurii venialis Species.

## I.

 Tante sententia, Perjurium dari veniale, jam ex- *Juramentum*  
pendendum erit, an hoc in omni genere jura- *aliud Asser-*  
mentorum obtineat. Nobilissima vero eorum *torium &*  
divisio, ad quam omnes juramenti species re- *aliud Pro-*  
ferri possunt, est, quod aliud sit Assertorium & aliud Promis-  
sorium Juramentum. Quoties enim adhibito juramento  
Deus advocatur in testimonium rei præterita, ejusmodi  
*Juramentum Assertorium* dici solet; quod si vero Deus inter-  
posito juramento in testimonium rei futuræ invocatur, id  
*Juramentum Promissorium* dicitur. Illius usus præcipuus in  
iudiciis obtinet, maximè in quæstionibus facti, ut lites ter-  
minentur; hoc in promissis, pactionibus ac in contractibus  
observatur, quo jurans policetur, se aliquid in posterum fa-  
ctum vel non factum esse.

II. Primum de Juramento assertorio despiciamus, an un- *Onus colle-*  
quam contra hoc commissum Perjurium veniale reddi possit? *Barum &*  
Et ne ex longinquæ species ejus accersamus, in medium pro- *Subditus pre-*  
ducamus juramentum, quo subditi obligantur estimare pa- *standum ex-*  
trimonii sui pretia, ut de eo in publicum usum conferant *igit publica*  
centesimum nummum, vel nummi hujus dimidium, *necessitate* *den*  
*hundertsten/ oder den halben hundertsten Pfennig.* Exigente  
enim necessitate publica collectam imponi posse subditis,  
quies & salus Reipubl. dicitur, cuius administrandæ & con-  
servandæ collecta & tributum media sunt, quæ proinde  
eius nervus dici & salutari solent *L. I. §. 20. ff. de Questionis*

D. 2

illis

.025

Illis conservari publicam salutem, Justinianus Imperator in Nov. 161. c. 2. exsertis verbis proposuit: *Nęq; enim aliter licet conservare rempublicam, nisi plenissima prestatioes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copie, ut resistatur hostibus, & per agros ac urbes agantur excubia: perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salariis, reparantur quoq; muri & urbes, deniq; omnia alia proveniunt, que communem subdiorum utilitatem concernunt.* Idem in Nov. 149. c. 2. pari verborum pondere loquitur: *Impossibile est, ut sacris tributis non illatis aliqua Respublica conservetur. Militares namq; copie assignato sibi salario inde percepto hostibus resistunt, & collatores à barbarorum incursionibus & truculentia vindicant, deniq; agros atq; civitates à latronum, alioq; modo incompositam vitam seellantur, ut & irruptionibus agendis excubii defendunt.* Ex illis etiam reliqua cohortes, ea quae ipsis attributa sunt, accipiunt, muri atq; civitates indidem restaurantur. Cum vero tali impositione civium premantur patrimonia, ne extortores sint bonorum eorum civitatum rectores, censum ad facultates accommodant, & ut quisque centesimum bonorum suorum nummum, vel saltem ejus dimidium ærario publico inferat, statuunt. Usitatus fuit hic modus collectandi Belgis, qui Anno 1665. cum Anglis implicati erant, Theatr. Europ. Tom. X. p. 37. & hic Gedani non semel tantum adhibitus.

*Quod ad cenesimum nummum patrimonii quandoq; dirigitur.*

*Qui ut sine fraude bona fide fiat, & ne suppressione facultatum minus solvantur egenti Reipublicæ, quam à quolibet provisio superiorum postulat, sub religione jurisjurandi unicuiq; imponitur, ut prævia diligenti æstimatione omnium bonorum suorum summam faciat, & de illis indictam collectam in cistam publicam conjiciat. Formula Juramenti talem Ordinatio de Anno 1710. trium Ordinum concluso hic Gedani roborata præscripta.*

bit, quæ hoc anno 1712. ob iterum collectam indictam his verbis repetita fuit: Ich schwere, daß ich alle mein Haab und Gut fleißig überschlagen / und vor den Wehrt des selben den halben hundertsten Pfennig laut vorgeschrriebener Ordnung richtig abtrage. So wahr ic. Simul ibi in perjurios hæc pena statuta legitur: Da auch jemand betroffen oder aber überwiesen würde / der in solchem Einbringen ein Erbe, liegende Gründe / fahrende Haabe / unmündiger Kinder Geld oder Güter wissenschaftlich verschwiege oder unterschläge / der soll als ein Untreuer und Meyn eydiger Ehrlöß gehalten / und vermeide der Rechte darumb gestraft werden.

IV. Fatendum facilem modum hunc esse , adigendi sub. *Eo tamen cautè uten-*  
*dito ad accuratam bonorum æstimationem & contributionem*  
*ingenuè faciendam, sed quam facilis etiam sit descensus ad*  
*perjuria, ipsi non diffitentur, qui istum modum imperant,*  
*vel saltem non contradicunt, quo minus imperetur. Cum*  
*tamen sponte agnoscant, ab omnibus non pari religionis*  
*candore & conscientia ad jusjurandum accedi, & multis cha-*  
*riorem esse pecuniam, quam propriam suam conscientiam,*  
*ad præcavenda perjuria, quibus divina ira concitatur gravius,*  
*præstaret omnino vel alium modum præscribere, vel saltem*  
*eo jurandi modo cautius procedere. Ne id mea sententiā*  
*statuere videar, adducam judicium B. Ziegleri, Jcti erudi-*  
*tione & judiciorum experientia inter paucos, qui in Tractatu*  
*suo de Jurib. Majestat. lib. 2. cap. 3. §. 30. hæc inter alia habet:*  
*Quod professionem bonorum attinet, optandum esset, tam in-*  
*genue eam fieri ab omnibus, ut justitia inter concives accuratè*  
*servari possit. Sed cum tanta sit quorundam perversitas, ut*  
*celare suas facultates malint, quam agenti Reipubl. subvenire,*  
*non perpendentes damnum aliorum, sibi dum bene sit, neq; con-*  
*siderantes malum iuominens, præfencia dum bona sunt, non vi-*

detur iniquum, ut urgente Reipubl. necessitate, jurata à talibus exigatur professio. Ubi tamen prudenter Censorum maximum necessarium esse animadverto, quodq[ue] in hoc negotio circumspicit agendum sit, diuturna belli Germanici calamitas ubique locorum edocuit. Cum enim faciles sint nonnulli ad jurandum contemptu religionis, alii perquam timidi metu divini numinis usq[ue] ad superstitionem L. 8. ff. de Condit. insit, ita ut subtili reverentia tenti nec verum sacramentum praefare patiantur L. 21. Cod. de fide instram. Jane indiscretè ad juramentum confugendum non est. Et ideo, qui habet presumptionem pro se, ei non facile deferendum est juramentum, sicut nec ei, de quo suspicio est, committit posse perjurium. Videri possunt plura hanc in rem apud laudatum Autorem, ubi de estimatione bonorum salva justitia & conscientia facienda quedam habet, & an quis etiam de bonis extra domicilium sitis censum solvere debeat?

**E**xaminatur. V. Et certè, quid prærogativæ in materia Juramentorum an rectè co-Anabaptistæ præ Augustanæ & Pontificiæ religionis conformatur. Christiani juratibus habere debeant, non satis liquido constat. Equidem jam dudum prudentioribus displicuit, Anabaptistarum contestationem sub formula eorum Sectæ sanctissima bey Mann und Warheit pro juramento sufficere, qui volunt, ut sub mentione Numinis Divini veritatem testentur, cum illi ipsi agnoscant, id quod sub tali formula confirmant, loco juramenti esse. Proinde cum Anno 1678. d. 10. Maii in Senatu Hamburgensi pro illa contestatione pronuntiatum, quod loco juramenti valere possit, postea vero revisione petita ad Collegium Juridicum Francofortanum d. 15. Nov. ejusdem anni causa perlata esset, hoc illud emendavit, & pronuntiavit: **D**ass er schweren solte zu Gott auf sein heiliges Evangeliuum referente B. Strykio in Uſu. Mod. ff. ist. de Forejur. §. 3. Et regnante Wilhelmo III. in Anglia Quakeris hæc formula jurandi

jurandi præscripta fuit: *I. A. B. do declare in the presence of almighty God the witness of the truth, of what I say quæ latinis reddita ita se habet: Ego A. B. in presentia Omnis potentis DEI attestor veritatem ejus, quod dico, nec illi hoc anno, ut ex relationibus hebdomadariis Londino à d. 5. Febr. transcriptis percepimus, coram Parlamento enixè supplicantes, ut nomen DEI in contestatione veritatis ab ipsis facienda omittetur, eaque sola voce Ita vel Non in posterum perageretur, auditæ, sed contra eos à Parlamento pronuntiatum fuit, & ut porro præscriptam formulam sequerentur declaratum. Nihilominus videamus, plurimum his Sectis, ex perversæ fidei suæ hypothesi, adeo indulgeri, ut sola affirmatione & negatione pro fide & veritate certioranda defungantur, vide quæ hanc in rem copiose disputat Dn. Joh. Sam. Stryke *Meletem de juram. Melet. 2. cap. 2. §. 11. & Melet. 3. cap. 1. §. 10.* Nam & hic Gedani Anabaptistæ, in casu memorati oneris præstandi, prius interrogati: an ex usitato apud illos juramento sub voce Ita vel Non sese declarant, quod centesimum nummum exhibeant, sola voce Ita in responsione pro juramento utuntur. Cur ergo adeo omnes, qui purioris professionis & religionis christianæ sunt, sublestæ fidei esse nos ipsi eorum consortes suspicamur, & cur magis ab his quam illis fucatam veritatem presumimus? Sanè si sub combinatione gravissimæ pœnæ, si contra factam assertionem res aliter deinde deprehensa fuerit, unicuique veritatem dicere imponeretur, quanta perjuria & quantæ pœnæ ex illis in totam civitatem redundantes evitari possent.*

VI. Hic questionem tractabimus, an in materia cent. *An locus fit simi nummi solvendi casus dari possit, ut perjurium commis- juramento sum veniale fiat? & non posse ratio est, quia omnis jurare veniali in jussus ad veritatem dicendam, cuius solus gnarus est, simpli- casu centesimi nummi solvendi Ra- citer tenetur, proinde aliter agentem, qui mente non inter- dit, si odubitandū*

32. SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

dit, quod verbis dixerat, & ita forte legem accipit, satis fieri eidem, dummodo id, quod facere potest, solvat, licet non solvat ad præscriptam legis formam, aut si modo pro sua dimidia parte bonorum solvat, licet non solvat de altera dimidia, quam uxoris esse supponit, quæq; ei jure statutario necessario relinquenda, à scopo longè recedere, & damnata reservatione mentali magistratu illudere, qui mediante juramento certus esse volebat, quemlibet ad quantitatem bonorum suorum publico succurrere, hinc contrafacentem non gratiam mereri, sed poenam, qua plectendus, quam in perjuros supra citata Ordinatio constituit. Et tantoperè ad afferendam veritatem jurantem obligatum esse statuunt Dd. ut & in casu imminentis maximi mali potius durissima quæq;, imo ipsam mortem pati debeat, quam malum falsitatis committere, illudq; juramento asserere & stabilire Franzk. lib. 2.  
Resol. 3. n. 20.

Affirmatur  
questio sicira  
ca bonorum  
estimatione  
error commis-  
sus.

VII. Verum licet nullum dubium, hæc omnia summo jure procedere, & omnino vera esse, si quis proposito fallen- di veritatem juramentis subtrahat, ac arte in fraudem legis excogitata illam ad debitam quantitatem solvendam non ob- ligare singat, proinde minus præstet publico, quam vinculum legis exigit; nihilominus cum in hac materia circum- stantia appearant, quæ illum rigorem juris temperant, nec semper tantopere contrafacentem redarguunt, illa non planè expers omnis perjurii venialis, seu cui à pena ordinaria venia concedi non possit, dici poterit. Verlamur hic circa facien- dam estimationem bonorum nostrorum, quæ saepe variat, & propter tempora, propter locorum commoditatem, rerum raritatem, subtilitatem ac elegantiam artis, aliamq; similem causam suam difficultatem habet L. 63. §. f. ff. ad L. Falcid. Res item hic in estimationem veniunt, quas nunquam certo valore estimatas videbis, publicè licet constitutorum estima- torum

torum judicio interveniente. Concurrunt causæ, quod quis nolit rerum suarum pretia taxationi aliorum subjcicere, ne secreta patrimonii sui pandantur. L. 2. C. Quando & quib. quart. pars qui tamen interim nec ipse satis aptus est ad illarum pretia definienda. His intervenientibus, si quis minus dedisse publico deprehensus & ita falsi juramenti convictus fuerit, venia tamen dignus erit, ne ut perjurus puniatur. Cur enim non ejus ratio haberetur, qui tanta difficultate circumductus errans à vero discessit? & quis non mitius judicaret pro eo, qui non tam publico suum dare recusavit, quam saltem bona sua profuse jaçtere noluit? pro tali ignorantia excusatio militat, quæ in negotio difficultatibus intricato, & ubi non agitur de lucro captando, sed tantura de indemnitate habenda, non nocet sed proficit L. 22. ff. de Condic. in aeb. Hahn. ad We-senb. tit. de Jur. & fact. ignor. num. 3. Unde nec opus erit Removeretur attendi, quod hic ab aliquibus suggeritur, ad evitandum obiectio periculum solutionis non recte observatae, esse aliquid ultra factam à se aestimationem pendendum, cum eo ipso etiam conscientia consulatur, quæ alioquin dubia relinquitur, nam præscripta legi satisfactum fuerit; nam hic non quid consilii, sed quid juris sit, non quid fieri possit à dubitante, sed quid fieri debeat ab eo qui credit, se justè taxasse bona sua, queritur.

VIII. Evidem, ut huic difficultati occurratur, in supra citata Ordinatione Gedanensi dispositum reperitur, ut Anex immobilia, mobilia pretiosa, veluti gemmæ, margaritæ &c. pore solutio item merces mercatorum aestimentur juxta valorem, quo nis rerum constant tempore centesimi numni solvendi §. Die Erben / premium ex- legende Gründe &c. quia, cum pars patrimonii solvenda, ea igi possit?

E valor

34 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

valor ex earum & emptorum copia aut inopia facilius scisi potest, & qvè facile aliarum rerum, qua non sunt in cuiusvis commercio, certum pretium inveniri possit, haut tuto affirmari potest. Cæterum si ponamus : mercatorem frumentum emisse, & duos florenos pro quolibet modio dedisse, deinde ejus valorem adeò decrevisse, ut tempore centesimi nummi solvendi modius non ultra unum florenum valeat, is si ex hoc ultimo tempore frumentum suum aestimaverit, & ita altero tanto minus, quam in ejus emtionem erogaverat, civitati contribuerit, nemo non judicabit, eum satisfecisse præscriptæ legi, minimeqve ab eo pejeratum fuisse. Certè annon idem in aliis rebus, quæ tempore solutionis æquæ ac merces vendibiles certam estimationem receperunt, observari debeat, planè omni scrupulo videtur carere, cum prorsus in illis eadem obtineat ratio. Et si alter statuatur, ac non ex eo tempore, sed quo olim pluris bona valuerunt æstimatio illis imponatur, fieri potest, ut, quando saltē dimidius centesimi nummi indictus, totum solvere habeat necesse ille, cuius bona ad dimidium prioris pretii tempore solutionis depretiata reficiuntur.

IX. De sortibus seu capitalibus, quas quis in arte Civitatis habet, von denen bey der Kümmerrey und denen Hülfs Geldern bestätigten Capitalien disponit quoq; dicta Ordinatio quod illas summas quilibet integras computare, & de illis centesimum nummum pendere debeat, non obstante, quod his temporibus usuras, quas hic loci interesse vocant, Curia non accurate solverit. Illarum sortium seu capitalium ea vero est conditio, quod Civitas illas praecedentibus temporibus à privatis mutuo acceperit, data illis, sub sigillo Civitatis, cautione de usuris annuis pro usu pecunias solvendis, & integra forte restituenda à spacio sex mensium computando, quo illa repetita fuit. Recepit illas pecunias non tantum à sponte offe-

280.

offerentibus, sed & Tutores obligatos tenuit, ut pecunias suorum impuberum sub faciore Civitati darent, quasi optimè & in usum impuberum ita creditæ essent, quasq; majorennes facti ab ea semper repetere possent. Id cum factum & hodie alea Civitatis mutata, ut difficile sit ei usuras ab aliquot annis restantes solvere, multo magis difficile fortè integrum restituere, quæro hic, si vidua, quæ nendo aut coli cultura vitam tolerare solita, vel si jam paterfamilias, cuius olim im- puberis hereditaria pecunia à tutoribus Civitati credita fuit, vel si hodiè tutor impuberum citati, ut de omnibus bonis suis centesimum nummum solvant, & illi quidem jurent, sed tamen de exigua sua suppelliçtile, quam solam possident, ac tutor de patrimonio suo saltem conferant, nihil vero pen- dant de summis illis, quæ Civitati creditæ, maximè cum præter illas Tutoris impubes nihil aliud possideat, hic quæro, inquam, an poena perjurii plecti possint illi, quod ab illis com- missum eatenus videtur, quatenus Ordinationi non parue- rint? equidem in foro humano neminem existimo adeo in- humaanum fore, ut honoris ac famæ privatione, aliaq; quæ contra perjuros statuta est, poenâ, plectendos judicaret tales perjuros, cum causa dolî nulla sit in eis, quæ tantam poenam meret, quæque ad eam expressis verbis in dicta Ordinatione Gedanensi requiritur unmündiger Kinder Geld oder Güter wissentlich verschwiege oder (verbum seu explicativum vid. Strauch, in Lexic. Particular. Jur. voc. seu) unterschlüge/ sed culpa sola est, quod hanc impossibilitatem non allegaverint, ob quam vero nemo infamari potest §. 6. J. de Suspect. tutor. Sed an in foro conscientiæ rei fiant, videtur præmissa di- stinctiōne inter omissam solutionem & professionem impos- sibilitatis decidi posse. Ob non factam solutionem hic ne- mo in conscientia reus postulari poterit, cum eam nulla lex ad impossibilia, quæ his casibus supponuntur, obligare possit,

E 2

Cum

An hoc casu  
in conscientia  
quia quis tu-  
tus esse possit?

.N.S.

36 SECTIO POSTERIOR. EXHIBENS QUASDAM

Cum enim magistratus in conscientias subditorum potestatem non habeat, sed solus Deus ex legibus magistratus, si illæ voluntati suæ convenerint, conscientias subditorum ad patendum obliget, ubi super impossibilibus aut valde onerosis, & ita non ad voluntatem Dei latæ fuerint, nec illis etiam conscientias obligari posse, sequitur vid. Joseph. Hall, *in Confiliar. Conf. Decad. 3. qu. 6.* Ob intermissam professionem, seu ubi quis non indicavit magistratui, quod de illis capitalibus solvere non valeat, in conscientia sibi haut veniam polliceri poterit, nam a culpa vix liber erit, quæ etiam in conscientia aliquem delictum constituit.

X. Ab ambiguo legis sensu, si quis non ambigua seu dubitate conscientia, sed perswasus ita legem intelligendam esse, juret & solvat, aliter tamen quam Legislatoris intentio erat, perjurium veniale redditum. Exemplum ejusmodi ambiguus sensus reperitur in verbis Ordinationis de numimi centesimi dimidio. Solvendo, hoc anno 1712. d. 1 r. Januar. ab hac Civitate publicatae, quæ ita se habent: Demnach den halben hundertsten Pfennig in und außer der Stadt, nach Innhalt der Anno 1710. publicirten Ordnung zu heben und einzusamlen nöthig befunden worden. In ista vero Ordinatione, ad quam verba haec se referunt, ita dispositum extat: Die Prediger, Professores, Secretarii (hic ordō inter haec duo postrema collegia semper servatus, jam nescio quo prætextu prærogative mutatus) und Schulbediente werden vor Dissemahl / bis dasjenige Quantum, weshalben der hundertste Pfennig angesetzt worden / wird aufgebracht seyn/ gleich an den Bürgern von Iheem ganzen Vermögen abtragen. Ex verbis Ordinationis hoc anno currente publicatae videri potest, quod juxta illam præmemoratae personæ de omni quoq; sua suppellectili, deque bonis non usuras aut pensiones ferentibus, unus indectum ferre debeant; ex verbis autem Ordinationis

1712.

1710. editæ colligi potest, quia Quantum istud, cui colligendo dicto Anno centesimus nummus impositus erat, collectū & jam perceptum fuit, quod ex data alias illis immunitate, nunc nihil de istis bonis pendere habeant necesse, quodq; ista Ordinatio in ultimo decreto nec tacta nec comprehensa fuerit. Si quis igitur hac ultima sententia inductus de his bonis nihil contribuit, eum nihil quoq; fecisse constat, quod poena dignum foret, sed quale tandem sit ejus perjurium, venia tamen levandum esse.

XI. Fac quendam destinasse decem millia florenorum, ut ex eorum usuris opem ferar certis viduis aut orphanis ad vietam eorum, illis vero denatis istam suminam in usum suum recipiat. Si illa millia non profectus fuerit, dubito an poenam perjurii promereat. Memini deliberatum fuisse, num de pecunia, quam quis in comparationem bovis destinaverat, & quæ brevi post solutam collectam impendenda erat, solvendus sit centesimus nummus, ideo quia Ordinatio triginta florenos postulat pro omni suppelleibili ad patris familias economiam spestante, sub qua etiam carnem mactati bovis continere creditatur. Pari ratione dubitatum, an pecunia, quam quis ad quotidianos usus in marsupio secum portat das Foppengild, huic censui obnoxia esse debeat. Licet vero forte his in casibus contra legis intentionem aliquid fieret, rigidum tamen non decet esse judicem, ne tranquillam conscientiam irritet, quam quis nullam expressa lege in contrarium informata habebat, & ne bono animo errantem poenam quadam afficiat.

XII. Contra dictam Ordinationem ad levandum perjurium porro simplicitas facit. Multis non datur copia consulendi urget veritos de intellectu legis. Alii crassioris sunt sensus, ut illis niā pro calculatio sui peculioli impossibilis videatur. Alii curam non jerant, ejus habent, an interea temporis eorum patrimonium creverit, an diminutum fuerit, sed quia jam aliquoties citati ad centesimum nummum solvendum, ejus solvendi tenorem deinde quoque

33 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

servandum ducunt. Quod casus cuiusdam simplicis hominis probavit, qui admonitus à Domino Assessore, ut secundum præscriptam Ordinationem ad onus præstandum accederet, respondit: ja Herr / ich habe gehört / daß mich die Ordnung trifft. Pro talibus perjuris ipsa simplicitas intercedit.

XIII. Adhuc unum casum ex hac materia proferamus.

Quando  
compensari  
possit onus  
centesimi  
nummi.

Casus qui-  
dam specia-  
les inciden-  
ter protass.

Jurat aliquis, quod juxta legem præscriptam dimidium centesimi nummi exhibeat, sed longè minorem valorem, quam suo patrimonio convenit, in cistam injicit, ideo quia prima vice ex errore pro dimidio integrum nummum injecerat, quem jam injecto minori valore compensare cupit, queritur an venia dignum judicandum sit hoc perjurium? & quamvis Dd. communiter in quæstione, an compensare possit, qui se soluturum juravit, negativam defendant, si tempore juramenti jam mutuum fuerit debitum, quia jurando compensationi renuntiat, cum alias non jurasset, si debitum compensare voluisset Lugo de Jus. & Jure Disp. 16. Sect. 6. n. 117. Bachov. ad Treutl. V. 2. D. 25. ab. 11. lit. a. Zocl. ad ff. tit. de Compensat. n. 19. seq. quamvis etiam compensationem excludat citata Ordinatio Gedanensis in verbis ohne Ab- und Verrechnung einiger bey denen Städts Cassen stehenden verfallenen Interessen &c. hoc casu tamen compensationem admittandam & perjurium venia donandum esse ratio evincit, quia facis est, quod nihil detrahatur publico, qui hac vice minus injiciendo priorem summam compensat. Alias si nulla ejus ratio haberetur, præ suis concivibus majori onere premeretur, quod cum justitiæ regulis pugnat, quæ volunt, ut inter contribuentés proportio servetur juxta bona quæ quis possidet, & lucrum quod quis è re sua familiari capit. Kloockius de Contribut. cap. 17. Cæterum an compensare possit, cui ex necessitate publica ager suus ademtus, & nullum pro eo premium redditum? si unius domus præ aliis oneraria facta per metata aut hospitationes militum? si quis compulsus monetam acci-

accipere Principis, cuius valor tacitè improbatus erat, ari eandem vel parem monetam in cistam injicere possit? hic non definit, sed aliis discutiendum relinquo.

XIV. Possemus nunc ad alias species Perjurii assertorii *Perjuria* progreedi, quod à testibus non raro committitur, qui errore; *contra pro-* credulitate procliviore, negotii obscuritate, verborum inter- *missorum* rogantis ambiguitate, aut alia simili causa inducti, sèpè falsum *juramentum* jurant, sed ne nimis prolixius simus, eas mittimus, & ad species officii sui *quando sint* quasdam perjurii in promissorio juramento commissi pedem *venialia.* transferimus. Juramenta quæ exiguntur ab illis, qui muneri alicui præficiuntur, & quibus se ad plura uno velut fasce comprehensa obstringunt, à jurante in uno vel altero capite violata, haut quicquam sine *venia* vindicanda sunt. Sunt enim leviora delicta, quæ in unam duntaxat aut alteram legem impingunt, quam quæ simul & semel in omne imperium civile ruunt, itaq; & leviora perjuria, quæ partē, quam quæ summam officii jurati violent, consequenter etiam leviore animadversione reprehendenda Pufend. de J. N. & G. lib. 4. c. 2. §. 23. Sander. de jur. oblig. *Prel. 3. §. 18.* Quod multo magis obtinet, si juramenta disjunctivè & hoc sensu obligent, ut vel jurans promisis obedientiam præstet, vel, si contravenerit, indictam multam ferat, quia hoc casu obligatio jurisjurandi rigidior esse nequit, quam legis ad officia, cuius observantiam quis jurejurando promittit. Atqui hec tantum vel ad obedientiam vel ad poenam obligabatur Uffelman. de jure quo homo homin. in serm. oblig. cap. 10. §. 5.

XV. Fieri tamen potest, ut etiam quis in totum non ser. *Subdiri bo-* vet, quod juramento promiserat, nec tamen perjurii poenam in- *magium* currat. Casum de subditis proferimus, quorum superior fasces, *oum venias* fibi ad conservandum populum commissos, non pro salute ejus *violare posse* obseruat sed in perniciem vertit, & illud à Cicer. 1. Offic. 124. di- *sunt quando* vine prolatu: *Magistratus proprium manus est intelligere, se gerere Princeps sit personam civitatis animo suo ejicit.* Hoc si certum & notoriu-

fit, condonandum est subditis, si fidem homagio promissam non amplius impleant, sed se se ab ulteriori obsequio erga superiorem subtrahant. Obligatio enim, que inter Principem & subditos est, mutuo vinculo neicitur, & horum observantia tamdiu durat, quamdiu Princeps munus tuendi & conservandi non abjicit. Eo vero palam abjecto, & voluntate Rempublicam hostiliter tractandisatis ostensa, vicio non vertitur subditis, si ulteriori obsequium denegent, aut quoq; se in sui defensione praeparent, &, si eorum saluti aliter consuli non possit, depositione talis hostis & Tyrannis salutem suam querant, securis sui juris, quod nihil faciant contra fidem datam & juramentum præstum, etiam tot Regum & Principum exemplis confirmatis, qui ex hac causa à subditis recusati & depositi fuerunt vid. Loccen. His. Svec. lib. 3. p. 108. in f. lib. 4. p. 117. sq. p. 126. lib. 5. p. 153. lib. 7. p. 377. Fam. Strada in Bello Belg. Dec. II. lib. 4. p. 476. sqq. Edit. in 410 Ne tamen quicquam horum prius faciant, quam notum sit, superiorem ad eversionem status publici hostilia moliri. Nam peccata Principum in unum vel alterum subditum commissa, aut alia eorum delicta contra Jus naturæ patrata, subditis non causa sunt religionem obsequii abiciendi, ut potius ad toleranda hæc mala, velut imbrem aut alias cœli inclemantium obligati maneant. Joh. Isaac. Pontanus Lib. 9. Rev. Danie. p. 593.

*Ut & quando  
ab invasore  
superati*

XVI. Cum videant subditi, vi invasoris se circumdatos esse, eumque fraude & armis pulso legitimo principe habenas imperii arripuisse, vires autem legitimum Principem tuendi illis prorsus deesse, si fidelitatem & obsequium invasori jurent perfidiae aut perjurii penæ haut ipsis metuendæ erunt. Est enim boni civis officium, spectare non tantum quod præsenti rerum statui convenit, sed & quod futuro expedite, quo & singulis civibus & toti patriæ bene sit. Si igitur ex imminentे sua ruina nihil se profuturos Reipublicæ subditi intelligent, & faciant quod quacunque ratione ad ejus conservationem expedite, quis

263.

quis poenæ subjugandos eos judicare vellet. Eos ita facientes, potius secundum legitimi Principis voluntatem agere, presumendum erit, quos conservari malle creditur, quam ut viribus destituti, nullo cum fructu pereant. Hinc durante invasoris possessione non tantum imperata ejus faciunt, sed & ita adstricti sunt, ut nisi talia fecerint, defuisse officio suo existimetur. Eatenuis enim in omnibus ei ut legitimo Principi parendum est, adeo ut subditis non conveniat ejus possessionem in dubium vocare, aut in ejus jura curiosius inquirere, sed sufficere illis debet, quod alias quispiam non sit, qui, saltem quoad illis cognitum est, de jure possidere debeat. Interim hoc jus illis contra invasorem datum est, quod ejus imperio finito, actus ejus intermedii temporis non amplius obligent, sed leges & omnia ab eo constituta corruant, & tanto magis à successore legitimo abrogari possint, quia hic legitimi sui antecessoris leges servare non obligatus erat.

XVII. Erga Principem, qui regnum pro derelicto habet *Aut si Princeps legit etiam digni judicandi sunt veniam à jurisjurandi fide. Qui enim regnum deserit, nihil amplius movet in ejus salutem pro derelicto memoratu dignum, quin illud perire & in summum discri- men venire permittit, ut etiam subditos nihil amplius obli- get ad obsequium, regimini respondens, quod hoc casu nul- lum est Bœcl. ad Grot. lib. 1. c. 4. §. 9.* Hoc jure usi Poloni contra Henricum Valesium sceptra Galliae præferentem Coronæ Poloniæ, quem noctu, ut facilius omnes falleret, è regno discedentem & in Gallia permanentem exaucitorare non sunt veriti, deque alio capite eligendo deliberandum sibi putavere Thuan. lib. 58. Hist. p. 7. Pastor. in Floro Polon. lib. 4. S. 4. seq. Qui vero regnum abdicat, ipse consensu suo subditos à juramento liberat, adeo ut & tacite ejus remissio facta præsumatur. Talium Principum abdicantium exempla

42 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

extant in Carolo V. Imperatore Thuan. lib. 16. inf. Johanne Casimiro Rege Poloniae Hartknoch. *de Republ. Polon.* lib. 2. c. 1. § 5 Christina Regina Svecia Pufend. lib. 26. *Rer. Svecic.* §. 28. seqq. Loccen. d. l. lie. 9. p. 752. seqq. & aliis, etiam priorum seculorum, de quibus vid. Schurtzleisch. in *Oper. Hisp. Polit. Tr. de Abdicat. Princ.* 71. th. 5. & 6.

Vasallus  
duorum do-  
minorum,  
guandoq;  
cum venia  
violat vasal-  
liticum ju-  
ramentum.

XVIII. Accidit nonnunquam, quod quis duorum Domini minorum Vasallus sit, & utriusque separatis juraverit, quod dominum semper velit praestare incolumentem, tutum, honestum, atque omne facturum, quod ipsi utile sit, vasallo vero facile & possibile 2. F. 6. & 7. Schultz. in *Synops. Jur. feud.* c. 9. n. 35. si eveniat, utrumq; eodem tempore ab eo exigere servitia, quae regulariter in persona praestanda 2. F. 55. §. Firmiter quæstio est: qua ratione à vasallo obligatio sua expedita possit, ne feloniam incurrat? & hoc casu antiquior dominus posteriori præferendus erit, & illi in persona, huic vero per substitutum serviendum. In omni enim fidelitatis promissione superior vel antiquior dominus exceptus est 2. F. 28. inf. cum nemo animam suam mediante juramento ad contraria obligare, & jus alicui quæsitum contrario facto intervertere possit. Hinc à posteriori domino, dum in persona inservit priori, postulandus non erit perjurii, nam veniale id erit, cum ejus offensio disponente jure fiat, qui scit vel scire debet, in juramento fidelitatis sibi praestito semper antiquioris domini personam exceptam esse. Nec prior dominus pœnam perjurii à vasallo exigere potest, quando posteriori per substitutum inservit, quia hoc ipso priori non præjudicat Dn. Stryk. in *Exam. Jur. feud.* c. 18. qu. 22. Ludwell. in *Synops. J. feud.* c. 3. p. 79. Quod procedit non tantum si contrarium ab utroque domino vasallus ad servitia provocatus sit, sed & tunc si ipsi domini inter se manus conserant. Nisi enim in persona priorem dominum adjuvare teneretur, in ejus

ejus potestate esset, acquirendo deinceps alia feuda, suo facto  
jus prioris domini deterius reddere, quod jura non permit-  
tunt Kohl. *de Servit. feudal.* P. 3, n. 18. *seq.* Quod si quis plu-  
res unius feudi dominos habeat, qui armis inter se contem-  
dunt, excusandus erit, vasallus si penitus quiescat, & nulli  
eorum suppetias ferat. Hartm. *Pist. lib. 2. qu. 47. num. 30.*  
Schrader. *de Feud.* P. 6. c. 6. n. 22.

XIX. Non tantum quoad feudalem nexus sed & extra illum, si quid extraneo Principi ab alicujus subdito juratum fuit, venia danda erit ei, si prohibente suo Priuice id non servaverit. In omni enim juramento, quo quis se obstrin-  
git, duo hæc probè subintelligi debent: si rationabilis causa vel  
jus superioris non obstiterit *c. 10. X. de Sponsal.* *c. 10. X. de Jure-  
jur.* Condonandum itaque fuit duobus illis equestris digni-  
tatis Juvenibus in Anglia, qui Anno 1594. à Rego Galliæ  
Torquatum S. Michaelis Ordinem sub juramento receperant,  
eoque ornamento postea in Angliam redierant, sed à Regina  
sua Elisabetha coacti, ut, quia ipsa inconsulta hoc fecerant,  
resignatione facta insignia remitterent, & ex illis ordinis ma-  
triculis nomina sua deleri curarent. Cambben. *Hist. Elisabeth.*  
*P. 4. d. A. p. 672.*

XX. Est per Orbem Christianum notum juramentum; *An à juram-  
ento Reli-  
gionis rece-  
dere liceat?*  
quod *Religionis* appellant, & quo utuntur Pontificii, qui in Concilium Tridentinum, Evangelici Lutherani, qui in Formulam Concordiæ vel Augustanam Confessionem, & Reformati, qui in Anglia in Religionem Ecclesiæ Anglicanæ jurant, eoque juramento declarant, quod hanc vel illam religionem tanquam DEI verbo conformem secundum suam conscientiam approbent, inque ea fideles perseveraturi sint. Esse hoc juramentum licitum, probari potest argu-  
F 2  
mento

.78

44 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

mento Psalm. CXIX. v. 106. ubi dicitur : *Juravi & præstabo,  
nempe custodire iudicia iustitia sua & si declaratio sensus nostri  
de religione nostra est licita, etiam confirmatio hæc licita  
erit vid.* Dedeken. *Consil. Theol. Vol. 2. Sect. 13. num. 7. seqq.*  
*Zentgrav. in Summa Jur. Div. Sect. 2. Art. 3. subsect. 1. § 30 seqq.*  
*Schilter. in Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 16. §. 2.* Quia ex causa  
ita quoque usu observatur, ut qui ad officia Ecclesiastica ad-  
moverentur, hoc juramentum quandoque præstare debeant.  
Disquiritur an qui posthabito hoc juramento religionem  
deinde mutat, venia dignus haberi possit à pena perjurii?  
& quamvis quilibet, qui ad hoc juramentum accedit, de re-  
ligione, in quam jurat, certus esse debeat, secus temeritate  
non careat, quod contra judicium intellectus agerit, quod  
cuicunque proxima agendi regula est Sanderlon *de Oblig. ju-  
ram. Prelect. 3. §. 16.* attamen quia juramentum per se & qua-  
tale nunquam firmandæ religionis sufficiens adminiculum est,  
quæ actus intellectus est, necius constringi ab ullo externo  
vinculo, & fides quoq; DEI donum, si hoc plenius in ani-  
mum hominis infusum appareat, & in intellectu clarior lux  
affulget, improbari alicui nequit aut poenarum fulmini ex-  
positus dici non potest, qui ab assumto priore errore reces-  
serit, & veritatem agnitam secutus est. Alias omnes ma-  
iores nostri, qui in Religionem Pontificiam juraverant, ut  
perjuri puniendi forent, & illi probandi essent, qui post  
agnitam veritatem in errore adhuc ob juramentum præstitum  
persilferent, quod nulla ratione probari & evinci potest.

*Perjurium  
Studioforum  
veniale.*

XXI. Quando Studiosi cives fiunt alicujus Universitatis,  
ad obedientiam juxta statuta academica jurejurando adstrin-  
guntur, & illis inter alia imponitur, quod injuriam sibi illa-  
tam nolint per se ipsos aut alios quoquo modo vindicare,  
connubialem chorearum festivitatem turbare, intra urbis  
mœnia

mœnia sclopeta explodere, vociferatione incondita aut barbaro boatu noctem inquietare, Universitatis ministrum aut vigiles nocturnos contumelia vel plaga afficere, & quæ alia capita sunt, ad quæ observanda juramento fidem pollicentur. Sed quotusquisq; est, qui hoc juramentum migrare non præsumeret. Inde ut honori & famæ studiosorum consulatur, eos non præcisè perjuros fieri statuit. Schilter c.Tr. lib. I. tit. 13. §. 10. Juramento autem illi satisfieri, si poena indicta solvatur, & demum perjurii reos fieri, si citati non comparent, & sepe poenæ eximant, Uffelmannus de *Jure quo hom. homini in serm. oblig. cap. 10. §. 5.* & Joachim. à Beust. de *Jur. Leg. I. n. 20. p. 93.* existimant, quia juramenta studio-  
rum academicæ non simpliciter sed alternative obligant, nempe velle jurantem legibus parere, aut si contravenerit, impositam poenam æquo animo ferre. Nos hoc loco perju-  
rium veniale istam transgressionem appellabimus, quia omnino  
gratia contra juramentum conceditur, qui modo qualitercunq;  
Pro trangessione satisfacit.

XXII. Variis casibus evenire potest, quod juratum si *Juratum*  
lentium majoris boni impedimentum sit, & inde ejus ruptio *silentium*  
speciem venialis perjurii præbeat. Exemplum in eo, qui ve- *quando pos-*  
ritatem celare juravit, & tamen deinde eam ut testis revelat. *si rumpi?*

c. 18. X. de *Tessib.* c. ult. X. de *Tessib.* cogend. Qui juravit non  
revelare secreta, quæ tertio damno aut alias illicita sunt,  
ea tamen deinde publicat sine perjurii poena Quo casu vero  
cautela loco observandum volunt, ne omnibus secretum  
promiscue revelet, sed tantum quibus prodesse aut non obesse  
poterat Setler. de *jurament. lib. I. c. 17. n. 21. seq.* Huc per-  
tinet, si quis in latrones incidens, ne ab eis occidatur, co-  
gatur illis jurare perpetuum silentium, & cavere quantum in se  
est de impunitate. Hoc juramentum si quis pro se quidem serva-

46 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

verit, & quoad suam personam promissam impunitatem non  
læserit, quoad alios innocentes vero, & quibus exinde periculum  
obventurum est, non servare voluerit, ac silentium  
ruperit, nequaquam ei damnosum esse poterit Pufend. de J.  
N. & G. lib. 4. cap. 2. §. 9. in f. Lugo de Jus. & Iure Disp. 22.  
Sect. 8. num. 235. Tom. 2. Lessius de J. & J. lib. 2. c. 42. Dubit. 4.  
num. 19.

De valore  
juramenti  
per vim me-  
tumq; extor-  
ti varie Dd.  
sententie.

XXIII. De Juramento vi metuque extorto, an ejus im-  
plementum recusari possit, non una Dd. sententia est.  
Sunt qui id obligare negant, quia in illo duo juramenti co-  
mites deficiunt, Judicium & Justitia, sine quibus nullum ju-  
ramentum validum est c. Et si Christus 26. X. de Jurej. c. 2. C. 22.  
qv. 2. Judicium autem hic deficere evincent, quia nihil ma-  
gis id impedit, quam vis & metus; deinde justitiam deesse  
ratione ejus, qui metum infert, probant, quia ex suo delicto  
nemo contra alterum sibi obligationem acquirere potest,  
licet illa juramento firmata fuerit. Præterea allegant, jura-  
mentum partem cultus divini esse, illum vero DEO non  
placere, qui non spontaneus est, juxta illud diverbiū:  
*ein gezwungener Ehd ist Gott leid.* B. Dn. Stryk. in Uſſa  
Mod. ff. tit. de Juram. §. 20. Pufend. de J. N. & G. lit. 4. c. 2.  
§. 8. Et hoc pertinet expressus Text. Spec. Saxon. lib. 3. art. 41.  
in verbis: *Quicquid homo juraveris aut promiseris ob sue vi-  
tae aut sanitatis conservationem, & si ea implere nequiviveris,  
juri suo in eo non derogabit.* Qui alium captivaveris fraudu-  
lenter, si se reversurum promiseris, aut alia juraveris, ea adim-  
plere non tenetur, dummodo jurando affirmet, se dolosè & per  
metum ad istam inductum stipulationem. Alii econtrario hoc  
juramentum validum esse pronuntiant, si modo res licita,  
qua à jurante promissa fuit, sive metus sine injuria illatus;  
ut si ab incarceratedo illud exactum, sive cum injuria conjunctus  
fuerit

fuerit v. gr. si latro sub metu vita adimenta juramentum promissorum extorserit, quia ubicunq; verus jurantis consensus est, & res possibilis ac ratione jurantis licita, ita ut sine periculo æternæ salutis & proximi læsione possit servari. Ideoq; dicunt illud maximè propter reverentiam DEI servandum, & quoad hominem, qui metum intulit, ob conscientiam, ne laqueus ei iniciatur, non aliter ab ejus vinculo recedendum esse, quam si superior absolutionem ac restitutionem in integrum indulserit, quorum sententia videtur tam jure Civili probata *et. ff. Quod met. caus.* quam jure Canonico *c. 8. 15. 28. X. de Jurej. & Judiciorum Praxi roborata Ordin. Camer. P. 2. tit. 24. Franzk. lib. 2. Resol. 3. Müller. ad Struv. Exerc. 17. 8h. 16. lli. 3. Layman. Theol. moral. lib. 4. Tr. 3. c. 7. n. 2.*

**XXIV.** Quamvis vero in hoc conflictu prior sententia *Probatur id nobis longèerior videatur, & posterior vel ideo stare non possit, quod juramentum vinculum iniquitatis esse non debet, quale hoc casu fieret, si latroni ab eo vi compulsus obligaretur ad præstanta promissa, cum ita non sine peccato cooperaretur, quandoquidem latronem, qui gnarus sibi licere Promissum accipere, hoc ipso stimularet ad quævis alia mala patranda.* Idcirco nec DEO jurans hoc casu obligatus erit, quia DEUS nunquam super innocentes vindictum suum mitit, ut ne quidem, quia latroni ex sua malitia nihil juris obvenire posse novit, in ejus gratiam testatus esse videatur. Praeterea utut in Jure Canonico regula illa fundamentum habeat; omne juramentum servandum esse, quod potest servari sine dispendio æternæ salutis, illa tamen simul eodem jure hanc limitationem recipit, modo sine vi vel dolo juramentum præstitum fuerit *c. 8. & 28. X. de Jurej.* adeoq; etiam hoc ipso jure juramenta vi, metu vel dolo elicita nulla sunt, licet citra dispendium æternæ salutis servari possint. *Dn. Joh. Sam. Stryk.*

Mc-

*ipso jure ad servandum promissum non obligare.*

*Et posita con-  
traria sen-  
tentia tamen  
veniam me-  
reri.*

*Meletem, de Juram. III. c. 2. §. 14. seqq.* Sed quamvis, ut dictum, prior sententia, quâ nullum declarabatur juramentum, quod vi metuq; extortum erat, verior sit, tamen etiam juxta posteriorem juranti danda erit venia, si juramentum servari à se non posse dicat, ex citata metus causa. Et licet pro conscientia consultius & quoad Tribunal divinum tutius non nulli esse statuant, ut juramentum hoc servetur omni modo posit, nec repetatur pecunia quæ fortè soluta secundum juratam promissionem Thumm. *de Juram.* p. 98. & 116. seq. Felde *ad Grot.* lib. 2. c. 13. §. 15. hoc tamen nemini à lege parendi necessitatem injicit, sed consilium est ad tranquillandam fluctuantis conscientiam, quæ, etiamsi dubia aut erronea, tamen homini vinculum imponit. Hertius *Tom. 3. Opus. lib. 2. Paræm.* 31. seq.

*Nec jura-  
mentum  
dolo elicium  
servari debet*

XXV. Non minus de juramento alterius dolo elicito controvertitur, quod quibusdam æquè validum & demum judicis absolutione rescindendum videtur, qui ad exemplum Josuæ & primorum Procerum in populo Israelitico respiciunt, quibus Gibeonitas, dolosè fe peregrinos esse simulantes, interposito juramento in foedus recipientibus, cognita postea fraude, tamen religioni fuit, juramentum frangere, quod id in nomine DEI præstiterant *Josua IX. 19. seqq. c. 23. C. 22. qv. 5.* Dedeken. *V. 2. Scđ. 13. n. 15.* Sanderson. *de Oblig. juram. Pra-  
lecc. 4. §. 12.* Verum attendat modo quis, an juramentum obligare posit ad id, quod nunquam in illud deductum fuit? vel an obligatus dici queat, qui consensum non dedit se se obligandi? qui dolo circumventus jurare, non induxit in juramentum id, de quo quæstio instituitur, ac non contentum dedit ad id se obligandi, sed rem ita supposuit se habere ut ab altero erat proposita. Quod si ita se non habeat, abest longè animus ejus ab obligatione, quâ alteri teneretur, nam sine

sine consensu nulla contrahi potest obligatio. Igitur statuendum potius, juramentum, quod dolo ab aliquo ei citum fuerat, ipso jure nullum esse, & Deum ne quidem invocatum fuisse super re, quam alter sibi præstare ex juramento prætendit, sed super re quam in juramento suo adesse putaverat. Seraphin de Seraph. *de Privil. Juram. Priv. 61. n. 19.* Anton. Matth. *de Crimin. lib. 47. tit. ult. cap. 1. n. 5. in med. Sichard. ad Auth. Sacraenta Puberum C. Si advers. vend. n. 41.* Cui sententia nec Israelitarum præjudicium contrarium est, nam in isto ipso pacto nihil inerat, quod obstabat, quo minus servari poterat ac debebat. Lex enim divina de excindendis gentibus Canaanis *Deut. VII. 2. Exod. XXIII. 32. 33.* cum temperamento quodam, nisi se submiserint, legibusq; Ebree gentis subjecerint, intelligenda erat. Præterea dolus, qui hic suberat, non eo tendebat, ut damnum darent Israelitis, sed ut saluti suæ consulerent; ita Vir summè Reverendus Dn. Joh. Franc. Buddeus *in Insit. Theol. Moral. P. 2. cap. 3. Sec. 5. §. 12.* Cæterum quoad veniam dandam ei, qui ex dicta causa juratam fidem denegat, nec illos difficiles fore existimo, qui huic juramento aliquod vinculum tribuunt, cum dolus satis gravis causa sit, ut eo decepto non decipienti succurratur.

XXVI. Sæpè fieri, tot querelæ in Consistoriis auditæ testantur, quod incauti adolescentes fidem faciant puellis juramento confirmatam de futuro conjugio, parentibus eorum planè non consultis, nec postea consentientibus, sed magis indies reluctantibus, quibus tandem ut reconciliantur, illos facti pœnitent, & ex parentum persuasione se ad aliam personam convertunt, cumque ea nova sponsalia, prima sponsa *Filius jurata sponsalia fine parentum consensu celebrata non servans veniam donum.*

relicta, celebrant, ubi, cum id facere queant, venialis perjurii species reperitur. Eos vero ab ista jurata promissione recedere posse, ratio hæc manifesta dicitur, quia jurisjuran-

50 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM

di valor ex valore negotii, cui accedit, dependet, & omnes conditiones recipit, quae insunt negotio non jurato L.7. §.16. *ff. de pac*t**. Cum vero simplex promissio sponsalium liberos sine consensu parentum non obliget, nec juramento confirmata eos obligabit. Tanta siquidem est necessitas consensus parentum, ut sine eo, ipso iure nulla sint sponsalia liberorum, nec parentes ad consentiendum cogi possint. Quare filius, qui obsequitur voluntati patris, & a sponsalibus non legitimè initis recedit, non minus ab ejus vinculo liberandus venit, quam si votum migret, quod DEO inconsultis parentibus præstiterat. Ejus enim, si pater contradicat statim ac audiverit, nulla apud voventem stabilis obligatio remanet, & JEHOVA parcer ei, quia irritum fecit illud pater ejus *Numer. XXX. 4. seqq.* Müller. in der ungerahmten *Ehe* P. 2. p. 236. Setser. lib. 1. c. 8. num. 11. Carpzov. in *Jurisprud.* *Eccles. lib. 2. tit. 3. def. 58.* Neque scrupulum quendam adhærentis perjurii apud adolescentem repudiata puella movebit, quia ipsa in culpa, quod inter amoris illecebras ab incauto & amore furenti juramentum exegerit. Remittunt autem leges jusjurandum incautum, & pœnam perjurii in eum convertendam volunt, qui illud injuste exegit. Henric. Brouwer. de *Jure Connub.* lib. 1. c. 13. n. 12. in f.

*Ut & ille qui  
sponsam de-  
floratum esse  
postea cognos-  
tit.*

XXVII. Qui juravit se Titiam ducturum, & deinde certior redditus, quod stupro passo qualitate virginali destituantur, etiam suffragante jure eam repudiare potest. Lauterbach. *Conclus. Theor. Pract. Exerc. 23. th. 2.* Est enim hoc casu in sponso error, & in sponsa dolus, qui uteque sufficit ad veniam contra juramentum. Nam virginitas matrimonii cum virgine contrahendi substantia est, cuius defectus errorem substantiale parit, qui matrimonio obstat. Et deflodata, quæ se pro virgine gerit, sponsum suum decipit, cui dolus suus patrocinari non debet. Insuper quæ semel mala, semper talis

præ-

206.

præsumitur in eodem genere malitia, nam amore suo magis erga eum, cui florem virginitatis decerpendum dedit, quam erga illum, in cuius matrimonium consentire, per fascione aliorum forte magis, quam proprio affectu commota, propensura creditur. Bruckner. *Decis. Matrim. cap. 20.* Arnulfus de *Jure Connub.* cap. 3. sect. 3. Dn. Pagenstecher. *de Jure virgin.* P. 1. §. 35. Adeoq; etiam puella alias honesta, quæ vi stuprata si se expressè pro virgine gesserit, & juvenem induxerit, ut crederet illam tamē esse, adhuc repudiari poterit, quando contrarium post sponsalia apparuit, quia illam quoque si antea hujus rei notitiam habuisset sponsus, dueturus non fuisset Dn. Stryk. *de Diffensu Sponsalis.* Sect. 2. §. 34.

XVIII Huc transcribemus casum perjurii venialis, ubi quis *Casus venie* Urphedam præstitam violaverat. Quidam in Saxonia ob com- *data ob vio-*  
missum excessum in defensione, vel alio quodam delicto relega. *latam Ur-*  
tus ad aliquot annos, cum jurasset, ut moris est, se sententia pa- *phedam*  
riturum, & ante tempus, in ea præfinitum, elapsum, in ditiones  
Electoris non reversurum, vix dum uno anno elapsò, cum in-  
terea parentibus ejus defunctis, portionem sibi ex hereditate de-  
bitam, à coheredibus consequi non potuisset, de illis conque-  
sturus, recta ad aulam proficisciens, libellum ipsem supplicem  
Principi porrexerat, impetratoq; rescripto ad magistratum ejus  
loci, unde relegatus fuerat, cum id ei tradidisset, ab eo confessim  
in carcерem conjectus fuisset, tanquam qui contra præstitum  
juramentum ante tempus relegationis finitum in provinciam  
rediisset. Consulti autem de pena Scabini, cum & ex nar-  
ratione judicis & ipsius facti circumstantiis intellexissent, homi-  
nem ex simplicitate magis, quam ex proposito peccavisse, eum  
ut perjurum non puniendum, sed dimittendum censuerunt, ad-  
monitum tamen, caveret, ne quid simile deinceps committe-  
ret, sed si quid haberet negotii in ditionibus Electoris Sachoniæ,  
id aliis expediendum mandaret, nec ipse ante finitum tempus

52 SECTIO POSTERIOR, EXHIBENS QUASDAM &c.

relegationis, si poenam perjurii vitare vellet, reverteretur. Dan.  
Möller. lib. 2. Semeſtr. c. 33. Carpz. in Prax. Crim. P. I. qu. 47. n. 45.

*Alii ubi im-  
possibilitas  
obstat jurate  
implectioni.*

XXIX. Ulterius notamus, si debitor juravit, quod certo  
die soluturus sit, & postea pudenda inopia impediatur, quo mi-  
nus servet juramentum, in eo perjurium veniale fieri. Jam enim  
non amplius possibile ipsi est servare datam fidem, & præter hoc  
urget miseria & ejus afflicitus status, ut humanius tractetur. Mev.  
Levam. inop. debite. c. 9. n. 131. Benekendorff. ad Seraphin. Privil.  
juram. 174. n. 20. 30. seqq. Ita mercatori à perjurio gratia con-  
cedenda qui in nundinis se soluturum juramento promiserat, ubi  
ei merces emere & domum secum referre licitū non fuit, quibus  
per negotiationē suos sustentare non potuit. Benekend. d. l. n. 48.

*Conclusio  
cum monito  
de non teme-  
rè deferendo  
juramento.*

XXX. Atq; hæc sufficient hoc loco, qui paucos ex innu-  
meris casibus in medium afferre voluimus, alios consulto præ-  
terire, nam sub copia rerum laboraret disputatio. Cum vero  
confest ex his, non semel tantum sed sæpe effectu carere inten-  
tionem magistratus, qui tolli dubia per juramentum posse exi-  
stimat, & ideo sæpe illud defert, sæpe vero illud quoq; sine fru-  
ctu recidere intelligit, ut, non sine pudore, suæ levitatis culpa  
ipsum maneat, & infuper adhuc perjuris veniam dare oporteat,  
opera danda erit inerito, ne à prudentiæ cancellis aberret, &  
quod minus caue alia veritatis fidei q; indagandæ media negle-  
cta fuerint, sibi imputari faciat. Est juramenti necessarii qua-  
litas, ne deferatur, nisi per illud suppleri possit præcedens semi-  
plena probatio, aut elidi minor ea probatione contra aliquem  
militans præsumtio; est & hæc omnis juramenti ratio, quod  
nisi in subsidium, ubi alia via ad veritatem pervenire non pos-  
sumus, adhiberi debeat. Si ea spreta fuerit, quid aliud  
tunc? quam parum exercitæ justitiæ vestigium  
reliquum manet.

SOLI DEO GLORIA.

**G**loria magna Patris fama est: sed gloria  
major,  
269.

Filius acceptam si auget honore novo.  
Perge pio felix conamine : gloria magna  
Augetur cumulis læta subinde novis.

*Gradatim ad Sapientia arcem contendenti, meritiss.  
Magnifici Domini Parentis excitato, Nobilissimo  
DNO. REYGERO, felicitatem profferosq; studio-  
rum successus infucato affinitatis amore vovet  
& optat*

DISPUTATIONIS PRÆSES.

**J**uramenta putant venialia cuncta  
Maligni  
Nulla quibus Pietas nullaque cura Deus.  
At Tu sancta doces, venerandaque jura, Supremo  
Quæ nodos stringunt Numine Teste Sacro.  
Sic Te Numen amet Frater sic prosperet æther  
Sic, juro, in cunctis adjuvet ipse DEUS.

*Applausum Fraternum  
testatur*

A. R.



Yankee communities were helping New England  
People who were consumers; John Adams  
Felt this was acceptable if it made no  
difference to the slaves.

17.10.1900. V

## DISTRIBUTION'S PRESS.

Sic hinc in cunctis q[uo]d uater ibi DEUS.  
Sic et Natura suet i[n] latet i[n] oblique et ex parte  
Quod si uerbi uocis est Natura i[n]esse secundo  
At tunc q[uo]d est uocis uerbi q[uo]d i[n] sapientia  
Nam dupuis p[ro]p[ter]eas uultus eius deus Genes  
M[od]estus.

universitate missusque

四

• 2 ) ( 0 ) ( 2



PINIS









**ULB Halle**  
004 821 785

3



56.

VBN8





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Q. D. E. V.

DISSESSATIO JURIDICA

DE

# PERJURIO VENIALI,

Vom begnadigten

M. S. M. K. S. M. D. /

Quam

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO CONSULTISSIMO EXCELLENTISSIMO  
DN. SAMUELE FRIDERICO  
W. T. L. E. N. B. E. R. G. /

J. U. D. Ejusdemq; ac Historiarum Professore Publ.

& Athenæi Inspectore

FAUTORE, PRÆCEPTORE, & AFFINE

omni observantia ætatem colendo,

IN ILLUSTRI ATHENÆI PATRII

ACROATERIO MAXIMO

Die XII. Mens. Maij, A.O.R. MDCCXII.

Publicæ Eruditorum Disquisitioni submittit

FRIDERICUS REYGER.

GEDANI, Typis JOH. ZACHARIAS STOLLII,  
SENATUS & ATHENÆI TYPOGRAPHI.

242

18

DFG